LETTERE

DI

M. T. CICERONE

VOL. VII.

M. TVLLII
CICERONIS
EPISTOLAE
QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR

MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

VOL. VII.

MEDIOLANI

APVD A. F. STELLA ET FILIOS

M. D. CCC. XXIX

LETTERE
DI
M. T. CICERONE
DISPOSTE
SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE
DI
ANTONIO CESARI
P. O.
CON NOTE

VOL. VII.

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXIX

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

CCCLXXXVI. (Ad Att. XI, 1)

Argumentum. Res suas domesticas et pecuniarias Attici fidei commendat.

Scr. in Epiro, fortasse in castris Pompeii, A. V. C. DCCV, M. Febr. init. C. Iul. Caesare II. P. Servilio Vacia Isaurico coss.

CICERO ATTICO S.

Accepi a te signatum libellum [1], quem Anteros attulerat; ex quo nihil scire potui de nostris domesticis rebus; de quibus acerbissime afflictor, quod, qui eas dispensavit [2], neque adest istic, neque, ubi terrarum sit, scio. Omnem autem spem habeo existimationis [3], privatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima benivolentia: quam si his temporibus miseris et extremis praestiteris, haec pericula, quae mihi communia sunt cum ceteris, fortius feram [4]; idque ut facias, te obtestor, atque obsecro. Ego in cistophoro in Asia habeo ad H-S bis et vicies [5]. Huius pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere: quam quidem ego

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE

CCCLXXXVI. (Ad Att. XI, 1)

Argomento. Raccomanda alla fedeltà di Attico i suoi negozii domestici e pecuniarii.

Scritta nell' Epiro, forse nel campo di Pompeo, l'anno DCCV, sul principio di Febbraio [1], essendo consoli C. Giulio Cesare per la seconda volta, e P. Servilio Vazia Isaurico.

CICERONE AD ATTICO S.

Ebbi la tua scrittura sigillata [2], che Antero mi portò; donde nulla ho potuto ritrarre delle bisogne di casa mia; e ciò mi tiene in pena assai dolorosa, perchè quegli che le guidò non è costì, e in qual parte del mondo egli sia, non lo so. Io dunque ho riposta tutta la speranza del mio buon nome e de' fatti di casa nella tua benevolenza di tutta prova verso di me; la quale se tu adoperi in me in questo subisso di calamità; io potrò reggere con più fortezza que' travagli che ho con gli altri a comune; e che tu voglia farlo, te ne prego e scongiuro. Io ho nell'Asia due milioni e dugento mila sesterzii in cistofori [3]. Con la voltura di questo danaro tu potresti leggermente salvare il mio onore; il quale

nisi expeditam relinquere putassem, credens ei [6], cui tu scis iam pridem minime credere, commoratus essem paullisper, nec domesticas res impeditas reliquissem; ob eamque causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias; ut, si ii salvi erunt, quibuscum sum, una cum iis possim incolumis esse, salutemque meam benivolentiae tuae acceptam referre.

CCCLXXXVII. (Ad Att. XI, 2)

Argumentum. Rem familiarem Attici curae commendat, miseriamque status sui deplorat.

Scr. in Epiro A. V. C. DCCV, Non. Febr.

CICERO ATTICO S.

Literas tuas accepi pridie Nonas Febr., eoque ipso die ex testamento crevi hereditatem [1]. Ex multis meis [2] miserrimis curis est una levata, si, ut scribis, ista hereditas fidem et famam meam tueri potest, quam quidem te intelligo, etiam sine hereditate, tuis opibus defensurum fuisse. De dote [3] quod scribis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias, et illam, miseram mea culpa [4] et negligentia, tueare meis opibus, si quae sunt; tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus [5]: cui quidem deesse omnia, quod scribis,

se io non avessi creduto di lasciar ben al sicuro, fidandomi di colui del quale tu sai (da un pezzo) non fidarti di nulla 4, io, soprastando alcun poco, avrei lasciato ben avviate le cose di casa mia; di che se io ti scrivo un po' tardi, egli è stato perchè tardi ho conosciuto a che mani le avea commesse. Ti prego con tutta l'anima, prendi la mia salute sopra di te, acciocchè salvandosi quelli co' quali io mi truovo, possa altresì io con loro conservar me medesimo, ed alla tua benevolenza reputare la mia salvezza.

CCCLXXXVII. (Ad Att. XI, 2)

Argomento. Raccomanda alla diligenza di Attico le sue sostanze, e piange la misera sua situazione.

Scritta nell' Epiro l'anno DCCV, il 5 di Febbraio.

CICERONE AD ATTICO S.

Ricevetti a' 4 di febbraio la tua lettera; nel qual dì medesimo accettai l'eredità a me lasciata per testamento [1]. Delle molte mie angustie amarissime mi son alleviato di una, se, come tu scrivi, questa eredità basta a salvar la mia fede e l'onore: quantunque veggo io bene che tu, anche senza questa eredità, eri presto di mantenerlo del tuo. Circa la dote, per quanti Dei sono ti scongiuro che tu pigli sopra di te la bisogna; e quella poveretta (colpa mia e della mia trascuratezza) sostenga col mio, se punto ve n'è, o (potendol fare senza tuo sconcio) col tuo; e non volere patire (ti prego) che ella, come tu scrivi, rimanga ignuda: im-

obsecro te, noli pati. In quos enim sumtus abeunt fructus praediorum? Iam illa H-S LX, quae scribis, nemo mihi umquam dixit, ex dote esse detracta [6]. Numquam enim essem passus. Sed haec minima est ex iis iniuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore et lacrymis scribere prohibeor. Ex ea pecunia, quae fuit in Asia, partem dimidiam fere exegi. Tutius videbatur fore ibi, ubi est [7], quam apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo sim animo: vellem posses aliquid afferre, quamobrem id facere possem. Sed si ad ceteras miserias accessit etiam id, quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti) de domo [8]; quis me miserior uno iam fuit? Oro, obsecro, ignosce: non possum plura scribere. Quanto moerore urgear, profecto vides: quod si mihi commune cum ceteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur, et eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur; nisi quid [9] tu efficis, si modo etiam nunc effici potest, ut ne qua singulari [10] afficiar calamitate, et iniuria. Tardius ad te remisi tabellarium, quod potestas mittendi non fuit. A tuis [11] et nummorum accepi H-S LXX, et vestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des literas meo nomine. Nosti meos familiares. Signum requirent, aut manum: dices [12], me propter custodias ea vitasse.

perocchè in quali spese ne vanno i frutti de' miei poderi? E di que' sesterzii [2] sessanta mila che tu mi di', nessun mi disse mai essere stati sottratti dalla dote; il che io non avrei mai tollerato. Ma questa è la minima di quelle acerbità che ho patito; delle quali il dolore e le lagrime non mi ti lasciano scrivere. Del danaro che fu nell'Asia, la metà ne ho io forse riscossa: e ben parea più sicuro colà, che in mano de' pubblicani. Quanto al confortarmi che fai che io pigli animo forte, io vorrei che tu potessi recarmi innanzi ragioni da poter farlo. Ma se alle altre mie miserie s'è aggiunto anche quello che Crisippo [3] mi disse essere in sullo scocco (e tu mel tacesti), dico della mia casa, dillo: chi è stato mai più infelice di solo me? Ti prego, ti scongiuro, perdonami: non posso scriver più avanti. Tu vedi bene, dolore che mi fa spasimare. Or se la cosa avessi io comune con gli altri che mostrano nella medesima causa, la colpa mia parrebbe minore, e per questo più tollerabile. Il perchè da consolarmi non mi resta ora niente: salvo se tu sai veder modo (se però al presente alcun ne può essere) che non mi cada addosso una sciagura, ovvero ingiuria singolare dagli altri. Ti rimandai il corriere un po' tardi, per non averne avuto il destro. Ebbi da' tuoi in danaro settanta mila sesterzii, e di robe quanto mi bisognava [4]. Ben faresti di scrivere in persona mia, a cui meglio ti paia. Gli amici miei li conosci. Forse vorran vedere il sigillo, o la mano mia: di' loro che io non volli usarne per timor delle guardie.

CCCLXXXVIII. (Ad Div. VIII, 17)

Argumentum. Queritur, se Curionis amore et Appii odio in eas pertractum partes esse, unde multa iam sibi incommoda. Caesar enim, in bellum Pharsalicum profectus, Romae Caelium praetorem reliquerat: quod autem non huic, sed Trebonio, res urbanas mandaverat, hic aegre ferens, aemulatione turbas dedit, quibus ipse gravius incucurrit malum. Excusat itaque, quod cum Cicerone non profectus fuerit in Graeciam ad Pompeium.

Scr. Romae A. V. C. DCCV, M. Mart.

M. CAELIVS CICERONI S.

Ergo me potius in Hispania fuisse [1] tum, quam Formiis, quum tu profectus es ad Pompeium? Quod utinam aut Appius Claudius in ista parte prohibuisset [2], aut C. Curio, cuius amicitia me paullatim in hanc partem causae impulit [3]. Nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore [4] ablatam. Tu [5] porro, quum ad te proficiscens noctu Ariminum venissem, dum mihi pacis mandata das ad Caesarem, et mirificum civem agis, amici officium neglexisti, neque me [6] consuluisti. Neque haec dico, quod diffidam huic causae: sed, crede mihi, perire satius est, quam hos videre [7]. Quod si timor vestrae [8] crudelitatis non esset, eiecti iam pridem hinc essemus. Nam hic nunc, praeter foeneratores paucos, nec homo, nec ordo

CCCLXXXVIII. (A Div. VIII, 17)

Argomento. Si lagna che l'amore suo a Curione e l'odio di Appio lo abbiano là strascinato, dove gliene vennero grandi mali. Perocchè Cesare partito per la guerra Farsalica avea lasciato in Roma per pretore Celio. Lo avere poi affidato gli affari della città non a costui, ma a Trebonio, avea sì indispettito lo stesso Celio, che fece sommossa nel popolo, dalla quale egli ne fu gravemente danneggiato. Fa adunque le sue scuse del non essere egli partito per la Grecia per unirsi a Pompeo.

Scritta a Roma l' anno DCCV, nel mese di Marzo.

M. CELIO A CICERONE S.

Doh! essere io stato in Ispagna [1], e non anzi a Formio [2], quando tu ne se' partito alla volta di Pompeo! e deh! non fosse stato costì Appio Claudio, o non qui Curione! [3] la cui amicizia a poco a poco mi strascinò in questo maladetto partito: da che io mi sento quinci dall'amore e quindi dall'ira cavato di cervello. Ma tu, quando io, condottomi di notte ad Arimino, fui a trovarti, mi desti bene per Cesare commessioni di pace, facendo maravigliosa opera di buon cittadino; ma ti gettasti dietro le parti d'amico, nè punto di me ti se' dato pensiero. Or questo ti dico io, non perchè io sia sfidato della causa che ho presa, ma perchè (credimi) troppo è meglio morire, che star a vedere siffatte persone [4]. E credi pure che se non fosse stato il timore della crudeltà vostra [5], noi saremmo, da buona pezza, spiccati di qua: dove al presente, da qualche prestator [6] in fuori, non è uomo, non ordine che non istia

quisquam est, nisi Pompeianus 9. Equidem iam effeci, ut maxime plebs [10], et, qui antea noster fuit, populus, vester esset. Cur hoc, inquis? Immo reliqua exspecta [11]. Vos invitos vincere coëgero. Irritavi [12] in me Catonem. Vos dormitis; nec [13] adhuc mihi videmini intelligere quam nos pateamus, et quam simus imbecilli. Atque hoc nullius praemii spe faciam; sed, quod apud me plurimum solet valere, doloris atque indignitatis causa. Quid istic [14] facitis? praelium exspectatis, quod firmissimum [15] est? Vestras copias non novi. Nostri valde depugnare, et facile algere, et esurire consuerunt.

CCCLXXXIX. (Ad Div. IX, 9)

Argumentum. Hortatur Dolabella Ciceronem, ut, inclinata Pompeii fortuna, ab eo discedat, seque vel Athenas, vel in aliam quietam civitatem conferat.

Scr. Romae A. V. C. DCCV, M. Maio.

DOLABELLA CICERONI S. D.

Si vales, gaudeo. Et ipse valeo [1], et Tullia nostra recte valet. Terentia minus belle [2] habuit: sed certum scio, iam convaluisse eam. Praeterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo tempore in suspicionem tibi debui venire, partium causa [3] potius, quam tua, tibi suadere, ut te

per Pompeo. Ben ti prometto che io ho recato alla parte vostra la plebe singolarmente e 'l popolo, che prima era nostro. — A che proposito questo? dirai tu. — E' c'è troppo altro. Io vi darò in man la vittoria, eziandio a vostro dispetto. Io attizzai Catone contro di me: e voi dormite, e mostra che ancor non veggiate la via da sorprenderci, nè qual sia il lato nostro meno difeso. Ora questo non farò io a speranza di nessun premio; ma perchè in me sopra ogn' altra cosa puote il dolore della villania ricevuta. E che fate voi costì? Aspettate voi di venir alle mani con un Ercole? Io non conosco le truppe vostre: questo so, che i nostri sono usati menar la spada di forza, ed hanno per una ciancia il far di fatti, a reggere al freddo e patire la fame.

CCCLXXXIX. (A Div. IX, 9)

Argomento. Dolabella esorta Cicerone, che piegando già la fortuna di Pompeo, si separi da lui, e si ritiri ad Atene, o in un'altra città tranquilla.

Scritta a Roma l'anno DCCV, nel mese di Maggio.

DOLABELLA [1] A CICERONE S.

Se tu sei sano, bene sta; io sono altresì, e la Tullia nostra. Terenzia [2] fu malatuzza; ma ora sono certificato che ella s'è riavuta. In somma in casa tua nulla meglio. Quantunque tu non abbi dovuto mai pigliar sospetto di me, che piuttosto per amor di parte che della persona tua io ti persuadessi di voler esser con

aut cum Caesare nobisque coniungeres, aut certe in otium referres; praecipue nunc, iam inclinata [4] victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam, in qua scilicet tibi suadere videar [5], quod pie tacere non possum. Tu autem, mi Cicero, sic haec accipies, ut, sive probabuntur tibi, sive non probabuntur, ab optimo certe animo, ac deditissimo tibi, et cogitata et scripta esse iudices. Animadvertis, Cn. Pompeium nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, neque [6] etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum: et hoc etiam, quod infimo cuique contigit [7], illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano [8], circumvallato nunc denique: quod nescio, an ulli [9] umquam nostro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille sperare possit, aut tu, animum adverte pro tua prudentia [10]. Sic enim facillime, quod tibi utilissimum erit, consilii capies. Illud autem te peto [11], ut, si iam ille evitaverit [12] hoc periculum, et se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas, et aliquando tibi potius, quam cuivis, sis amicus. Satisfactum est iam a te vel officio, vel familiaritati; satisfactum etiam partibus [13], et ei rei publicae, quam tu probabas. Reliquum est, ut [14] ubi nunc est res publica, ibi simus potius, quam, dum illam ve-

Cesare e con me, ovvero di recarti a stare fuor de' romori; tuttavia al presente (che già la fortuna ha preso la volta), io non posso far di me altro credere, se non che io ti conforti del tuo migliore; il che, volendo esser pio, non posso negare. Ora tu, il mio Cicerone, o approvi o no questo che ho detto, voglio che tu sii persuaso aver io certamente ciò pensato e scritto con animo schietto e tutto vólto al tuo bene [3]. Tu puoi ben vedere che Pompeo nè dalla gloria del nome suo e delle imprese, e nè eziandio dalle clientele de' re e delle nazioni (delle quali solea spesso vantarsi) non fu messo al coperto; e vedi altresì lui non poter avere eziandio quello che non fallì a nessun de' più miseri, cioè di poter campar con onore, essendo lui cacciato d'Italia, perdute le Spagne, fatto schiavo l'esercito de' veterani [4], e da ultimo essendo egli medesimo asserragliato [5]; il che non so a qual degl'imperadori nostri sia mai avvenuto. Per la qual cosa pon mente se la tua saggezza ti lasci vedere speranza per lui o per te; e secondo questo leggermente piglierai il più sicuro partito. Ma se egli campi da questo pericolo, e si riduca nelle sue navi, io ti priego, che tu provvegga a te stesso, e che oggimai tu voglia meglio a te, che a nessun altro. Tu hai già soddisfatto al dover tuo, od alla amicizia; hai soddisfatto eziandio alle parti, ed a quella Repubblica che tu avevi cara: resta ora che noi ci contentiamo d'essere piuttosto dove è al presente Repubblica, di quello che, correndo in cerca

terem sequamur [15], simus in nulla. Quare velim, mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius, pulsus his quoque locis, rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in quamvis quietam recipias civitatem. Quod si eris facturus, velim mihi scribas [16], ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. Quaecumque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi [17] impetrare: et meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuae quoque fidei, et humanitatis, curare, ut is tabellarius, quem ad te misi, reverti possit ad me, et a te mihi literas referat [18].

CCCXC. (Ad Div. XIV, 8)

Argumentum. Hortatur, ut valitudinem curet, et si quid novi, pergat scribere.

Scr. in castris Pompei A. V. C. DCCV, IV Non. Iun.

M. T. CICERO TERENTIAE [1] S. P. D.

Si vales, bene est: ego valeo. Valitudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi et scriptum et nuntiatum est, te in febrim subito incidisse [2]. Quod celeriter me fecisti de Caesaris literis certiorem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura, ut valeas. Vale D. IIII Nonas [3] Iun.

di quella vecchia, non siamo in nessuna. Per la qual cosa io vorrei, o dolcissimo mio Cicerone, se avvenisse mai che Pompeo, cacciato anche di qua, si rimetta a cercare per altri paesi, che tu ti ricogliessi o in Atene, o in qualunque altra quieta città; e deliberandoti di questo, che tu me lo scriva, accioechè, se via mi sia data, me ne voli a te. Qualunque cosa partenente al tuo onore tu volessi impetrare dall'imperadore, Cesare è di tanta benignità, che a te stesso sarà facilissimo l'ottenere; e tuttavia credo che le mie preghiere debbano appo lui avere qualche poco di peso. Or sarà della tua gentilezza e fede il fare in modo che il corrier che ti mando possa tornarsene a me con tue lettere.

CCCXC. (A Div. XIV, 8)

Argomento. La esorta ad aver cura della salute, e a scrivergli ancora se c'è qualche novità.

Scritta dal campo di Pompeo l'anno DCCV, il 2 di Giugno.

M. T. CICERONE A TERENZIA S.

Se sei sana, lodato Dio! anch'io sono. Ti prego che ti abbi la maggior cura: da che mi fu riferito e scritto che inaspettatamente ti sentisti di febbre. Ho avuto carissimo che tu sollecitamente mi facesti assapere delle lettere di Cesare; e così per innanzi, se nulla ti bisogni, o accada di nuovo, fa che io lo sappia. Stammi bene. A Dio. A' due di giugno.

CCCXCI. (Ad Att. XI, 3)

Argumentum. Petit ab Attico ut Tulliae commodis consulat, suaque ipsius incommoda administratione ac diligentia sua levet.

Scr. in castris Pompei A. V. C. DCCV, Id. Iun.

CICERO ATTICO S.

Quid hic agatur, scire poteris ex eo, qui literas attulit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid novi exspectabamus: neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit, praeter eam, de qua tibi rescribi voluisti. Quod ad Kal. Quint. pertinet [1], quid vellem; utrumque grave est, et tam [2] gravi tempore periculum tantae pecuniae, et, dubio rerum exitu, ista, quam scribis, abruptio [3]. Quare, ut alia, sic hoc vel maxime tuae fidei [4] benivolentiaeque permitto, et illius consilio et voluntati: cui miserae consuluissem melius, si tecum olim coram potius, quam per literas [5], de salute nostra fortunisque deliberavissem. Quod negas, praecipuum [6] mihi ullum incommodum impendere; etsi ista res nihil habet consolationis, tamen etiam praecipua multa sunt, quae tu profecto vides, ut sunt, et gravissima esse, et me facillime vitare potuisse: ea tamen erunt minora, si, ut adhuc factum est, administratione [7] diligen-

CCCXCI. (Ad Att. XI, 3)

Argomento. Prega Attico che pensi al ben essere di Tullia, e procuri colla sua diligente amministrazione di minorargli i propri mali.

Scritta dal campo di Pompeo l'anno DCCV, il 13 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Quello che qui si faccia, fattelo dire all'uomo, che ti portò la lettera: io l'ho soprattenuto un po' a lungo, perchè ogni dì si stava aspettando qualcosa di nuovo; nè però di mandarlo al presente ebbi io alcun'altra causa che l'affare intorno al quale tu volevi risposta: cioè quello che io volessi della bisogna del calen di luglio [1]. Siam tra Scilla e Cariddi, massime in sì doloroso tempo: chè c'è risicò a sborsar tanto danaro, ed a romperla (come tu scrivi) in questa incertezza di cose. Il perchè, come fo delle altre cose, così questa commetto in ispezieltà alla tua fede e benevolenza, ed al consiglio e piacere di lei; alla qual poverella io avrei trovato miglior riparo, se nel tempo avanti io avessi trattato teco di presenza [2], più tosto che per lettere, intorno al nostro ben essere ed alle fortune. Tu mi di' non dover io temere di nessun male in proprio: or, quantunque ciò vaglia qualche po' di consolazione, tuttavia io n'ho di molti in proprio, come tu ben vedi in fatti, ed esser gravissimi, e che io con piccolissima opera poteva cessare. Tuttavia egli diverranno più leggeri, essendomi alleviati (come hai fatto fin qui).

tiaque tua levabuntur. Pecunia apud Egnatium est. Sit a me, ut est [8]. Neque enim hoc, quod agitur [9], videtur diuturnum esse posse; ut scire iam possim, quid maxime opus sit: etsi egeo rebus omnibus; quod is [10] quoque in angustiis est, quicum sumus; cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes, nobis, constitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea fecisti, velim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum a me existimes, ipse conficias [11]. Tuis salutem dic Cura, ut valeas. In primis, id, quod scribis, omnibus rebus cura et provide, ne quid ei [12] desit de qua scis me miserrimum esse. Idibus Iun. ex castris.

CCCXCII. (Ad Att. XI, 4)

Argumentum. Breviter respondet Attici literis ab Isidoro acceptis.

Scr. in castris Pompei A. V. C. DCCV, circ. Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

Accepi ab Isidoro literas, et postea datas binas. Ex proximis cognovi, praedia non venisse. Videbis ergo, ut sustentetur [1] per te. De Frusinati [2], si modo futuri sumus, erit mihi res opportuna. Meas literas quod requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo literis dignas:

dalla diligenza del tuo governo. Il danaro è sul banco di Egnazio; e ci stia pure per conto mio: imperocchè il muovere de' fatti presenti non vuol essere lungo, siccome pare; onde io potrò ben sapere a quale stato da ultimo possa io divenire: e veramente io ho difetto di tutto; da che eziandio quegli col qual noi siamo è messo allo stretto; ed io gli ho dato a prestanza gran somma di danaro sopra la fiducia che (rimesso in piè lo stato delle cose) questa mia opera dovesse anche tornarmi ad onore. Or, se tu vedi persone a cui convenga scrivere in persona mia, come facesti dianzi, e tu fàllo, ten priego. Saluta i tuoi, e fa di star bene; e soprattutto, secondo che tu mi scrivi, fa ogni provvedimento che nulla manchi a colei per cui conto tu sai che io vivo in infinito dolore. A' 13 di giugno, dall' oste.

CCCXCII. (Ad Att. XI, 4)

Argomento. Brevemente risponde alle lettere di Attico ricevute da Isidoro.

Scritta dal campo di Pompeo, l'anno DCCV, circa il 15 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Ebbi da Isidoro la tua lettera, e due altre di data più fresca. Da queste ultime intesi che i poderi non furon venduti. Adunque vedi di tenere alto il prezzo. Quanto al podere di Frusinone [1], se Dio ci mantenga vivi, egli sarà bene il caso per me. Tu mi dimandi lettere; ma non ho a mano cose che porti la spesa di scriverle, da che nè quelle che accadono, nè che

quippe cui nec, quae accidunt, nec, quae aguntur, ullo modo probentur. Vtinam coram tecum olim [3] potius, quam per epistolas! Hic tua, ut possum, tueor [4] apud hos. Cetera Celer ipse [5]. Fugi adhuc omne munus, eo magis, quod ita nihil poterat agi, ut mihi et meis rebus aptum esset. Quid sit gestum novi [6], quaeris: ex Isidoro scire poteris; reliqua non videntur esse difficiliora [7]. Tu id velim, quod scis me maxime velle, cures, ut scribis, ut facis [8]. Me conficit solicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua levata, ero una cum eo [9], qui negotium gerit, estque in spe magna. Brutus amicus in causa [10] versatur acriter. Hactenus fuit, quod caute a me [11] scribi posset. Vale. De pensione altera [12], oro te, omni cura considera, quid faciendum sit, ut scripsi iis literis, quas Pollex tulit.

CCCXCIII. (Ad Div. XIV, 21)

Argumentum. Petit, ut res diligenter administret, et saepe literas mittat.

Scr. A. V. C. DCCV, fortasse M. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est [1]: valeo. Da operam, ut convalescas [2]. Quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas, atque administres; et ad me

si fanno, per nessun verso posso approvarle [2]. Deh! avess' io, per addietro, comunicato con te di presenza, e non anzi per lettere! Qui io fo la maggior guardia che posso con costoro alle cose tue. Celere [3] bada al resto. Finora io ho fuggito qualunque ufizio, perchè nello stato presente nulla può farsi che s'addica a me ed a' fatti miei. Tu domandi che cosa siasi fatto di nuovo; domandane ad Isidoro [4]: quello che resta a fare non dovrebbe portar troppa fatica [5]. Ma tu datti pena, ti prego, di quella cosa che m'è a cuor sopra tutte, secondo che mi scrivi, e che fai. L'angustia dell'animo mi consuma, e di questa mi sento io assaissimo anche nel corpo [6]: alleviato di questa, io sarò insieme con quello che ha in mano l'affare, e che ne porta grande speranza. L'amico Bruto è in questa causa fin sopra i capelli [7]. Questo è tutto ciò che fino a qui cautamente io potea scrivere. A Dio. Circa la seconda pensione, di grazia ragguarda con cento occhi quello che da far sia, come ti scrissi nella lettera che Pollice ti portò.

CCCXCIII. (A Div. XIV, 21)

Argomento. La prega che attenda al buon governo degli affari, e scriva spesso.

Scritta l'anno DCCV, forse nel mese di Luglio.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Sei tu sana? sta bene; io sono altresì. Fa il possibile di riaverti. Abbi l'occhio e metti a ordine ogni

de omnibus rebus, quam saepissime literas mittas. Vale.

CCCXCIV. (Ad Div. XIV, 6)

Argumentum. Excusat infrequentiam literarum. Terentiae officia in Tulliam laudat; Pollicem servum exspectat.

Scr. in castris Pompeii A. V. C. DCCV, Id. Quint.

M. T. CICERO TERENTIAE ET TVLLIAE S. P. D.

Nec saepe est, cui literas demus; nec rem habemus ullam, quam scribere velimus. Ex tuis literis, quas proxime accepi, cognovi, praedium nullum venire potuisse [1]. Quare videatis velim, quomodo satisfiat ei, cui scitis [2] me satisfieri velle. Quod nostra [3] tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem [4], si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Cura, ut valeas. Idibus Quintil.

CCCXCV. (Ad Div. XIV, 12)

Argumentum. Gratulationi Terentiae, quod salvus in Italiam redierit, respondet.

cosa che occorrerà, secondo il bisogno ed il tempo; e di ogni cosa scrivimi il più spesso che puoi. A Dio.

CCCXCIV. (A Div. XIV, 6)

Argomento. Si scusa dello scrivere che fa raramente; loda la cura che Terenzia mette a Tullia, ed aspetta il servo Pollice.

Scritta dal campo di Pompeo, l'anno DCCV, il 15 di Luglio.

M. T. CICERONE A TERENZIA ED A TULLIA S.

Spesso non ho a cui consegnar le mie lettere, ed anche mi manca materia da volerti scrivere. Dalle tue ultime lettere ho conosciuto che niun podere s'è potuto vendere. Il perchè fa che tu vegga modo da spegnere il debito a chi tu sai essere mia volontà. Quanto a ciò che mi scrivi, la nostra Tullia [1] renderti grazie, non mi maraviglio che tu abbi di lei meritato tanto, che ella per dovere ti abbia a rendere grazie. Se Pollice [2] non è ancora partito, fagli calca che al più presto. Abbiti cura. A' 15 di luglio.

CCCXCV. (A Div. XIV, 12)

Argomento. Risponde a Terenzia, la quale si era congratulata che salvo fosse ritornato in Italia.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, prid. Non Nov.

M. T. CICERO TERENTIAE S. P. D.

Quod nos in Italiam [1] salvos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisque iniuriis [2], metuo ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adiuva. Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil est: et longum est iter, et non tutum; et non video, quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. prid. Nonas Novemb. Brundisio.

CCCXCVI. (Ad Att. XI, 5)

Argumentum. 1 De causis reditus sui in Italiam; 2 de propioris ad urbem accessus impedimentis; 3 de literis suo nomine scribendis; 4, 5 de Vatinii et Quinti fratris in se animo.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, circa Non. Nov.

CICERO ATTICO S.

1 Quae me causae moverint, quam acerbae, quam graves, quam novae, coëgerintque impetu magis quodam animi uti, quam cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere: fue-

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, il 4 di Novembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA S.

Tu ti rallegri che io sia venuto sano in Italia: così possa essere eterna questa tua allegrezza! Ma non vorrei che il dolore e la perturbazione dell'animo, per gravi ingiurie [1], m'abbia condotto a prendere tal partito che poi non abbia facile riuscita. Per lo che dammi la mano quanto tu puoi [2]: se non che ora quello che tu possa non so vedere. E' non c'è buona ragione da metterti in viaggio in sì fatto tempo, massime che il viaggio è lungo e poco sicuro; e non veggo quello che, venendo, tu potessi farmi di bene. A Dio. A' 4 di novembre, da Brindisi.

CCCXCVI. (Ad Att. XI, 5)

Argomento. 1 De' motivi del suo ritorno in Italia; 2 degli ostacoli al suo maggiore avvicinamento a Roma; 3 delle lettere da scriversi a suo nome; 4, 5 della disposizione di Vatinio e di Quinto fratello verso di sè.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, circa il 3 di Novembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quali ragioni, quanto acerbe, di quanto peso, quanto nuove quelle che m'hanno mosso, anzi sospinto, piuttosto per un émpito d'animo che per consiglio, non tel posso scrivere senza un dolor da mo-

runt quidem tantae, ut id, quod vides, effecerint [1]. Itaque nec quid [2] ad te scribam de meis rebus, nec quid a te petam, reperio. Rem, et summam negotii vides. Equidem ex tuis literis intellexi, et iis, quas communiter [3] cum aliis scripsisti, et iis, quas tuo nomine (quod etiam mea sponte videbam), te subdebilitatum [4] novas rationes tuendi mei [5] quaerere.

2 Quod scribis, placere, ut propius accedam [6], iterque per oppida noctu faciam; non sane video, quemadmodum id fieri possit. Neque enim ita apta [7] habeo deversoria, ut tota tempora diurna in his possim consumere; neque ad id, quod quaeris, multum interest, utrum me homines in oppido videant, an in via. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia, considerabo, quemadmodum commodissime fieri posse videatur.

3 Ego propter incredibilem et animi et corporis molestiam conficere plures literas non potui: iis tantum rescripsi, a quibus acceperam. Tu velim et Basilo, et quibus praeterea videbitur, etiam Servilio [8] conscribas, ut tibi videbitur, meo nomine. Quod tanto intervallo nihil omnino ad vos [9]; profecto intelligis, rem mihi deesse, de qua scribam, non voluntatem.

4 Quod de Vatinio [10] quaeris; neque illius, neque cuiusquam mihi praeterea officium deesset, si reperire possent, qua in re me iuvarent.

rime[1]: certo elle ebbero tanto di forza, che m'hanno strascinato a quel che tu vedi[2]. E pertanto non mi occorre nè cosa da scriverti de' fatti miei, nè da dimandarti: tu intendi la cosa, e quello che importi. Dalle tue lettere, tra le scritte a comune con altri, e quelle che tu in proprio, io ho ben conosciuto (e lo vedeva altresì per me solo) che tu alquanto scorato andavi frugando per nuove ragioni da difendere la mia condotta.

2 Tu mi scrivi, come ti piacerebbe che io venissi via più verso Roma, e che viaggiassi nottetempo per le terre; ma in verità non trovo come ciò poter fare: imperocchè io non ho alberghi che siano il caso da poter in essi logorar tutte le ore del giorno; ed anche, al fine da te inteso non monta gran fatto più che la gente mi vegga nelle terre, o lungo la via. Tuttavia, come alle altre cose, così a questa porrò io mente, come pel più acconcio modo possa venirmi fatto.

3 L'incredibile afflizion di cuore e di corpo mi tolsero di scrivere molte lettere; e mi sono ristretto pure al rispondere a chi m'avea scritto. Ben faresti di scrivere a Basilo[3], ed anche a cui meglio ti parrà; e tra questi anche a Servilio, in persona mia. Il non averti io, per sì lungo tempo, mandato pure una sillaba, ti dice aperto che materia mi manca, non la volontà.

4 Quanto a ciò che tu vuoi sapere di Vatinio[4], vivi sicuro che nè egli nè nissun altro mi fallirebbe dell'opera loro, se vedessero in che cosa potessero farmi del bene.

5 Quintus aversissimo a me animo [11] Patris fuit. Eodem [12] Corcyra filius venit. Inde profectos [13] eos una cum ceteris arbitror.

CCCXCVII. (Ad Div. XIV, 19)

Argumentum. Excruciari se valitudine filiae, et impediri, quo minus propius ad urbem accedat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, circ. IV Kal. Dec.

M. T. CICERO TERENTIAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valitudo Tulliae nostrae [1]: de qua nihil est, quod ad te plura scribam: tibi enim aeque magnae curae esse certo scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum. Et iam ante fecissem; sed me multa impedierunt [2], quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio exspecto literas, quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam, ut valeas.

CCCXCVIII. (Ad Att. XI, 6)

Argumentum. 1 Scribit, se discessus ab armis non poenitere, malle autem in oppido aliquo extra Italiam resedisse; petitque ut Atticus cum Balbo et Oppio agat. 2 De Tulliae morbo; 3 de Pompeio, Fannio et Lentulo caesis; 4 de Q. fratre in Asiam profecto; 5 denique literas Attici exposcit.

5 Quinto mi s' è dimostro in Patrasso pien di veleno; e colà medesimo è venuto da Corfù il suo figliuolo. Credo che e' sieno di là partiti di brigata con gli altri.

CCCXCVII. (A Div. XIV, 19)

Argomento. Essere accorato per la malattia della figlia, e trattenuto dal maggiormente avvicinarsi alla città.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, circa il 28 di Novembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA S.

Ne' presenti acerbissimi miei dolori sono trafitto per la malattia della nostra Tullia: per conto di lei non fa punto luogo di nulla scriverti, essendo io ben sicuro che tu te ne dai altrettanto di somma pena. Voi mi confortate che io proceda più verso di voi, e veggo io medesimo che così dovrei fare: anzi l'avrei fatto ben prima; ma e' c'è molte cose che me ne tolgono il modo, e non me ne sono ancora spacciato [1]. Ma aspetto lettere da Pomponio, alle quali vorrei che tu dessi pronto ricapito. Conservamiti sana.

CCCXCVIII. (Ad Att. XI, 6)

Argomento. 1 Scrive che non si trova malcontento d'essere lontano dall'armi, e che preferisce di starsene tranquillo in qualche città fuori d'Italia; e prega Attico che tratti con Balbo ed Oppio. 2 Domanda conto della malattia di Tullia; 3 della morte di Pompeo, Fannio e Lentulo; 4 della partenza di Quinto fratello per l'Asia; 5 finalmente chiede lettere di Attico.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, IV Kal. Dec.

CICERO ATTICO S.

1 Solicitum esse te quum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me, ac de dolore meo, sentio: qui quidem dolor meus non modo non minuitur, quum socium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. Omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione levari maxime possim. Probas enim meum consilium, negasque mihi quicquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi levius est, quam tuum iudicium, tamen non est leve), ceteris quoque, id est, qui pondus habeant [1], factum nostrum probari. Id si ita putarem, levius dolerem. Crede, inquis, mihi. — Credo equidem: sed scio, quam cupias minui dolorem meum. Me discessisse ab armis, numquam poenituit: tanta erat in illis [2] crudelitas, tanta cum barbaris gentibus [3] coniunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; ut iam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona praedam esse illius victoriae: vestrum, plane dico; numquam enim de te ipso [4], nisi crudelissime, cogitatum est. Quare voluntatis me meae numquam poenitebit; consilii poenitet [5]. In oppido aliquo mallem resedisse, quoad arcesserer.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, il 28 di Novembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Veggo che tu sei in pena, come per le tue e per le comuni sciagure, così per me e pel mio dolore, il quale non pure, per appropriarmi che io fo il tuo, non è menomato, anzi cresce via più. Al tutto, essendo tu uom savio, intendi per qual conforto io sarei, meglio che per altro, alleviato. Imperocchè tu mi fai buono il mio divisamento, e scrivi non essere cosa al mondo che meglio mi fosse convenuto fare, di questa. Oltre a ciò, aggiugni (e questo, sebbene a me vaglia meno del tuo giudizio, e' vale però qualcosa) che il fatto mio è approvato eziandio dagli altri; dico da quelli che hanno credito. Se io potessi ben persuadermene, me ne passerei più leggermente. Credi a me, tu mi di'. — Io ti credo bene; ma so anche quanto tu desideri di vedermi scemato il dolore. Dell'essermi io sottratto dall' armi non mi sono pentito mai: tanta crudeltà vedeva io in coloro, sì stretta communanza co' popoli barbari, che non pure per nomi, ma una general proscrizione s'era composta; e già di comune consentimento s'era fermato che i beni di tutti voi avessero ad essere lo spoglio di quella vittoria; di tutti voi, dico, ricisamente: da che eziandio sopra di te medesimo non s'è mai fatto altro pensiero, che crudelissimo. Adunque non mi pentirò mai della mia volontà; della deliberazione presa mi pento. Troppo era meglio il pigliar posta in qualche città, finchè fossi

Minus sermonis subiissem; minus accepissem doloris; ipsum hoc me non angeret. Brundisii iacere, in omnes partes est molestum. Propius accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? [6] qui mihi incolumi adimi non possunt. Quos ego modo paullisper cum bacillis in turbam conieci [7], ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. Recipio tempore me domum. Te nunc ad Balbum et Oppium. Si iis placeret modo, propius accederem, ut hac de re considerarem [8]. Credo, fore auctores (sic enim recipiunt) Caesari non modo de conservanda, sed etiam de augenda mea dignitate [9]; meque hortantur, ut magno animo sim, ut omnia summa sperem: ea spondent, confirmant, quae quidem mihi exploratiora essent, si remansissem. Sed ingero praeterita. Vide, quaeso, igitur ea, quae restant, et explora cum istis: et si putabis opus esse, et si istis placebit, quo magis factum nostrum Caesar probet, quasi de suorum sententia factum; adhibeantur Trebonius, Pansa [10], si qui alii; scribantque ad Caesarem, me, quicquid fecerim, de sua sententia fecisse.

2 Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat; quam tibi intelligo magnae curae esse; quod est mihi gratissimum.

3 De Pompeii exitu [11] mihi dubium numquam fuit: tanta enim desperatio rerum eius omnium

chiamato. Io avrei dato men da dire di me, acquistatone men di dolore, e risparmiatomi questa angustia presente. Lo starmi qui indarno a Brindisi per ogni verso mi duole; il condurmi più avanti, come tu vorresti, come farlo senza i littori avuti dal popolo? che non possono, quanto io viva, esser tolti [1]. E dei sapere che io venendo testè a città, gli ho mandati avanti in mezzo alla turba con sole le verghe per qualche poco, perchè i soldati non facessero loro qualche mal giuoco: mi raccolsi ben per tempo in casa. Ora è tempo che tu sii con Balbo ed Oppio [2]: mi basterebbe che essi fossero persuasi del mio venirne più in costà, per poter meglio pigliar consiglio di questa cosa. Or io credo che eglino mi ci conforterebbono: imperocchè mi fanno sicurtà che Cesare si piglierebbe a cuore non solo di conservare, ma e di amplificare la mia dignità [3], e mi incoraggiano e fannomi sperare ogni bene che possa esser maggiore, promettendolmi e raffermandolmi. Le quali cose io mi terrei per poco in mano, qualora io fossi rimaso dov'era: ma io ritocco le cose passate. Adunque fa tu, di grazia, per lo rimanente, e cerca con cotestoro; e se ti parrà ben fatto, e ci sia il ripieno dell'animo loro, tanto meglio; perchè Cesare approverà meglio il fatto da me, come fatto sopra il parere de' suoi. Consulta la cosa con Trebonio [4] e con Pansa [5], e se altri v'è; ed a Cesare scrivano, me nulla aver fatto se non di loro consiglio.

2 La malattia e la debolezza della mia Tullia mi fa cascar il cuore: e tuttavia mi consolo, conoscendo che tu ne pigli gran cura.

3 Circa il fine di Pompeo, io non n'ebbi mai un dubbio al mondo [6]: conciossiachè una sì grande dispe-

regum et populorum animos occuparat, ut, quocumque venisset, hoc putarem futurum. Non possum eius casum non dolere. Hominem enim integrum, et castum, et gravem cognovi. De Fannio consoler te? Perniciosa loquebatur [12] de mansione tua. L. vero Lentulus Hortensii domum sibi, et Caesaris hortos, et Baias desponderat [13]. Omnino haec eodem modo ex hac parte [14] fiunt: nisi quod illud erat infinitum [15]. Omnes enim, qui in Italia manserant, hostium numero habebantur. Sed velim haec aliquando solutiore animo.

4 Quintum fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur [16]. De filio nihil audivi. Sed quaere ex Diochare, Caesaris liberto, quem ego non vidi, qui istas Alexandrinas literas attulit. Is dicitur vidisse [17], euntem, an iam in Asia?

5 Tuas literas, prout res postulat, exspecto: quas velim cures quam primum ad me perferendas. IIII Kal. Decemb.

CCCXCIX. (Ad Div. XIV, 9)

Argumentum. Significat dolorem suum ex Dolabellae generi et Tulliae valitudine.

razione de' fatti suoi ne era presa a tutti i re e' popoli, che (fosse anche andato in fine del mondo) quel medesimo, a mio credere, ne sarebbe avvenuto. Non posso della sua morte non portar dolore: chè l'ho conosciuto uno intero uomo, casto e moderato 7. Or per conto di Fannio 8 debbo io consolarti? Egli dicea cose di fuoco del tuo rimanerti. L. Lentulo poi avea fatto disegno sopra la casa di Ortensio e gli orti di Cesare e Baia 9. Ma queste cose medesime, nè più nè meno, si fanno al presente dalla parte di qua; salvo che dall'altra le cose andavano all'infinito: conciossiachè tutti i rimasi in Italia si avevano per nimici. Ma di ciò vorrei poter pensare quandochessia ad animo più riposato.

4 Sento dire che il fratel Quinto sia passato nell'Asia per dimandar grazia; del figliuolo nulla ne so: ma tu dimandane Diocare liberto di Cesare, che portò queste lettere d'Alessandria: dicono che e' l'abbia veduto, non so se per via, o già fermo colà.

5 Aspetto tue lettere del caso presente, alle quali ti prego di dar pronto ricapito. A' 28 di novembre.

CCCXCIX. (A Div. XIV, 9)

Argomento. Esprime il suo dolore per la malattia di suo genero Dolabella e della sua Tullia.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, M. Dec.

M. T. CICERO TERENTIAE S. P. D.

Ad ceteras meas miserias accessit dolor e Dolabellae valitudine, et Tulliae. Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam et Tulliae valitudinem cures. Vale.

CD.

(Ad Att. XI, 7)

Argumentum. 1 Exponit rationes consilii sui Brundisium veniendi, variasque ex eo offensiones et solicitudines. 2 Causas affert, ob quas Atticum Romae manere, quam ad se venire malit. 3 Addit de literis suo nomine scriptis; 4 de Quintis patre et filio. 5 Epistolas creberrimas ab Attico expetit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, XIV Kal. Ian.

CICERO ATTICO S.

1 Gratae tuae mihi literae sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quae ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur [1], ut scribis, istis [2] placere, iisdem istis lictoribus me uti; quod concessum Sextio sit; cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos [3]. Audio enim, eum ea senatus consulta improbare, quae post discessum

Scritta a Brindisi l'anno DCCVI, nel mese di Decembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA S.

Alle altre miserie mie mancava il dolore della malattia di Dolabella e di Tullia. Al tutto, io non ho sola una cosa al mondo, intorno alla quale io sappia consiglio che io mi prenda, o quello che mi faccia. Tu mi farai piacere, avendo cura della sanità tua e di Tullia. A Dio.

CD.

(Ad Att. II, 7)

Argomento. 1 Espone i motivi della sua risoluzione di venirsene a Brindisi; le varie difficoltà che questa risoluzione incontra, e le sue angustie. 2 Porta le ragioni per le quali preferisce che Attico si fermi a Roma, piuttosto che venire a trovarlo. 3 Aggiugne qualche cosa delle lettere scritte a suo nome; 4 e dei due Quinti padre e figliuolo. 5 Chiede che gli scriva spessissimo.

Scritta a Brindisi l'anno DCCV, il 19 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Mi rallegrò la tua lettera, nella quale mi di' ogni cosa che tu giudicasti fare per me. La cosa è dunque così: che costoro approvarono che io ritenessi questi littori medesimi, da che a Sestio è stato concesso; se non che io son di credere che a lui non fossero già conceduti da tenere i suoi proprii [1], ma altri assegnatigli da lui medesimo: conciossiachè io sento, lui aver annullati i senaticonsulti fatti dopo la partita de' tri-

tribunorum facta sunt. Quare poterit, si volet sibi constare, nostros lictores comprobare. Quamquam quid ego de lictoribus, qui paene ex Italia decedere sim iussus? nam ad me misit Antonius [4] exemplum Caesaris ad se literarum, in quibus erat, se audivisse, Catonem, et L. Metellum [5] in Italiam venisse, Romae ut essent palam: id sibi non placere, ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset; deque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat a me per literas, ut sibi ignoscerem: facere se non posse, quin iis literis pareret. Tum ad eum misi L. Lamiam, qui demonstraret, illum [6] Dolabellae dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quamprimum venirem; eius me literis venisse. Tum ille edixit ita, ut me exciperet, et Laelium [7] nominatim. Quod sane nollem. Poterat enim, sine nomine, re ipsa excipi [8]. O multas et graves offensiones! quas quidem, tu das operam, ut lenias: nec tamen nihil proficis: quin hoc ipso minuis dolorem meum, quod, ut minuas, tam valde laboras; idque velim ne gravere quam saepissime facere. Maxime autem assequere quod vis, si me adduxeris, ut existimem, me bonorum iudicium non funditus perdidisse [9]. Quamquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. Sed, si quid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari po-

buni; di che egli potrà, volendo servar lo stesso contegno, approvar questi miei. Sebbene, che parlo io di littori? quando io sono sull' avere il comandamento di uscir d'Italia? avendomi Antonio mandata la copia della lettera di Cesare a lui, la qual dicea, Sè aver udito come Catone e L. Metello erano venuti in Italia [2], e alla scoperta essere in Roma; il che non consentiva, potendosene levar del romore; e che però tutti fossero tenuti fuori d'Italia, salvo quelli la cui causa avesse riveduta egli stesso; ed intorno a questo punto parlava di tutta forza. Pertanto Antonio mi pregava per lettera d'averlo per iscusato, sè non poterne altro, avendo questo comando. Io allora mandai a lui L. Lamia [3], che gli facesse sapere, Cesare aver detto a Dolabella che mi dovesse scrivere che io tornassi difilato in Italia; e che sopra queste lettere io era venuto. Allora Antonio bandì un editto, nel quale eccettuava me e Lelio [4] nominatamente. La qual cosa mi duole; imperocchè, senza nominarmi, stava in piè l'eccezione [5]. O quante e quanto gravi ingiurie! quantunque tu t'adoperi di mitigarle; e tuttavia me ne fai qualcosa di bene: anzi colla tanta pena che ti dai del menomarmi il dolore, con questo medesimo mel fai minore; il che ti prego che non ti gravi di fare il più spesso che puoi. Ora ciò ti verrà fatto più leggermente, se tu mi rechi ad essere persuaso di non essere sprofondatamente caduto della opinione de' buoni. Se non che in questo fatto che puo' tu farmi? appunto nulla. Tuttavia se avvenga caso (al presente non veggo appicco) per cui il modo te ne sia dato, questo sarà la maggior consolazione ch'io possa

terit: quod nunc quidem video non esse; sed si quid, ex eventis [10]; ut hoc nunc accidit. Dicebar debuisse cum Pompeio proficisci. Exitus illius minuit eius officii praetermissi reprehensionem. Sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, quam quod in Africam non ierim [11]. Iudicio hoc sum usus, non esse barbaris auxiliis fallacissimae gentis rem publicam defendendam, praesertim contra exercitum saepe victorem. Non probant fortasse. Multos enim viros bonos in Africam venisse audio, et scio fuisse antea. Valde hoc loco urgeor. Hic quoque opus est casu [12]: aliqui sint ex iis, aut, si potest, omnes, qui salutem anteponant. Nam si perseverant et obtinent; quid nobis futurum sit, vides. Dices: quid illis, si victi erunt? — Honestior est plaga. Haec me excruciant. Sulpicii autem consilium [13], non scripsisti, cur meo non anteponeres: quod etsi non tam gloriosum est, quam Catonis; tamen et periculo vacuum est, et dolore. Extremum [14] est eorum, qui in Achaia sunt. Ii tamen ipsi se hoc melius habent, quam nos, quod et multi sunt uno in loco; et quum in Italiam venerint, domum statim venerint [15]. Haec tu perge, ut facis, mitigare, et probare quam plurimis.

2 Quod te excusas [16]; ego vero et tuas causas nosco, et mea interesse puto, te istic esse, vel ut cum iis, quibus oportebit, agas, quae erunt

avere. Ora se nulla è a sperarne dall'esito delle cose, egli n'è avvenuto una al presente. E' si dicea che io doveva andarne con esso Pompeo: ed ecco se l'esser io mancato a questo ufizio mi acquistò biasimo, il fine che egli fece l'ha menomato. Tuttavia quella che di tutte le cose si voleva meglio da me, era che io passassi in Africa, che nol feci. Io ne sono uscito per questa gretola: non esser da difendere la Repubblica con soccorsi di barbari [6], di nessuna fede, in ispezieltà contro un esercito che avea avute tante vittorie. Ma forse questa scusa non soddisfà loro: posciachè mi vien detto, molte persone dabbene essere colà andate, e so che ve n'erano per l'avanti. Qui sono fra l'uscio e 'l muro; e qui parimente è bisogno di qualche accidente: esempigrazia, mi bisognerebbono alcuni di loro, o anche tutti, i quali a tutto antiponessero la loro salute; ma se e' tengono sodo e vincono, tu vedi quello che voglia essere di me. Dirai: Che fie di loro, se sieno vinti? — La loro sciagura sarà più onorevole: questo m'è uno strettoio. E or come è che tu non mi scrivi il perchè tu non creda il partito preso da Sulpizio migliore del mio? [7] il quale partito, quantunque non è tanto glorioso come quel di Catone, egli è però fuor di pericolo e di dolore? Restan da ultimo coloro che si ridussero nell'Acaia, i quali tuttavia sono a miglior termine di me; sì perchè sono molti in un luogo medesimo, e sì perchè venendo in Italia, verranno alle case lor di presente. Queste ragioni dei tu, come fai, venir ammollendo, e scusandomene con que' più argomenti che puoi.

2 Quanto allo scusar te medesimo, ben veggo ragioni che hai; e credo esser bene per me che tu sii costì: prima per poter negoziare, con chi farà biso-

agenda de nobis, ut ea, quae egisti; in primisque hoc velim animadvertas: multos esse arbitror, qui ad Caesarem detulerint, delaturive sint, me aut poenitere consilii mei, aut non probare, quae fiant: quorum etsi utrumque verum est; tamen ab illis dicitur animo a me alienato; non quo ita perspexerint. Sed totum ut hoc Balbus sustineat, et Oppius, et eorum crebris literis illius voluntas erga me confirmetur, et hoc plane ut fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere: quod scribis Tulliam efflagitare [17]. O rem miseram! quid scribam? aut quid velim? Breve faciam. Lacrymae enim se subito profuderunt. Tibi permitto: tu consule. Tantum vide, ne hoc temporis tibi obesse aliquid possit. Ignosce, obsecro te: non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari. Tantum dicam, nihil mihi gratius esse, quam quod eam diligis.

3 Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas [18], facis commode.

4 Quintum filium, vidi, qui Sami vidisset, patrem Sicyone [19]: quorum deprecatio est facilis. Vtinam illi, qui prius illum viderint [20], me apud eum velint adiutum tantum, quantum ego illos vellem, si quid possem!

5 Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, si qua sint in tuis literis, quae me mordeant: ego vero in optimam; teque rogo, ut aperte,

gno, le cose che occorressero per conto mio, come facesti finora (e prima di tutto bada ben qui): molti debbono essere, i quali avran rapportato, o rapporteranno a Cesare che io sono pentito del mio consiglio, ovvero che non approvo quel che si fa. Di queste cose quantunque l'una e l'altra sia vera, pure sono dette da loro per mal talento contro di me, non perchè egli le abbian di certo. Ma il tutto sta qui, che Balbo ed Oppio mantengano questa pratica, e con molte loro lettere a Cesare ribadiscano il suo buon animo verso di me; e tu sarai continuo a soffiare nel fuoco, perchè la cosa riesca. L'altra, perchè io amo che tu rimanga costì, si è che le stesse instanze, come scrivi, ti fa la Tullia. Deh! lasso me! che scrivere? che volere? dirò breve: che le lagrime ruppero di repente; te la metto in mano, fa tu. Solamente, vedi bene che in tal tempo tu possa farlo senza tuo sconcio. Perdonami, te ne prego: non posso, del dolore e delle lagrime, aggiugner parola in questo proposito. Dirò senza più, che io non ho al mondo più consolazione di questo, che tu le vuoi bene.

3 Tu fai da tuo pari a scrivere alle persone che tu giudichi convenire.

4 Ho veduto persona che vide Quinto figlio in Samo, e 'l padre in Sicione: della loro dimanda spero bene. Faccia Dio che i primi a veder Cesare vogliano appo lui farmi tanto di bene, quanto farei io di loro, potendo qualcosa!

5 Tu mi preghi che io pigli in buona parte se nelle tue lettere trovo cosa che mi punga: Va via, in ottima ti dico; anzi ti prego che tu mi scriva ogni cosa

quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idque facias quam saepissime. Vale. XIV Kalend. Ianuar.

CDI. (Ad Div. XIV, 17)

Argumentum. Nihil esse ait, quod scribat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, M. Dec. exeunte

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. D.

Si vales, bene est: valeo. Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis, et saepius. Nunc quae sint negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus [1], ex Lepta et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam et Tulliae valitudinem cures. Vale.

CDII. (Ad Att. XI, 8)

Argumentum. Petit, ut se adversus eos, qui se apud Caesarem accusent, defendat. Q. fratris iniquam erga se acerbitatem queritur.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, VI Kal. Ian.

CICERO ATTICO S.

Quantis curis afficiar, etsi profecto vides; tamen cognosces ex Lepta et Trebatio. Maximas poenas pendo temeritatis meae; quam tu pruden-

che vuoi, come se' uso di fare, schiettamente, e più spesso che puoi. A Dio. A' 19 di decembre.

CDI. (A Div. XIV, 17)

Argomento. Dice non esserci materia per lettera.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, sul finir di Decembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Se sei sana, lodato Dio! io sono altresì. Se io avessi che scrivere, lo farei, e bene più alla lunga e spesso che io non fo: ma a che termine noi siamo, tu ben tel vedi. Di me e dello stato mio potrai sapere da Lepta e da Trebazio. Ti raccomando la salute tua e di Tullia. A Dio.

CDII. (Ad Att. XI, 8)

Argomento. Lo prega che pigli a difenderlo contro di coloro che lo accusano presso di Cesare. Si lagna dell'ingiusto e acerbo modo di procedere di Quinto fratello verso di sè.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, il 27 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Quanto io sia tribolato, tu ben tel vedi; e tuttavia fattelo dire a Lepta e a Trebazio. Pago ora l'ammenda assai colma della temerità mia; la qual tu mi vuoi far

tiam mihi videri vis: neque te deterreo, quo minus id disputes, scribasque ad me quam saepissime. Nonnihil enim me levant tuae literae hoc tempore. Per eos, qui nostra causa volunt, valentque apud illum [1], diligentissime contendas opus est, per Balbum et Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime. Oppugnamur enim, ut audio, et a praesentibus [2] quibusdam, et per literas. Iis ita occurrendum, ut rei magnitudo postulat. Fufius [3] est illic, mihi inimicissimus. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei [4]. Dictitat, se a me apud Caesarem oppugnari; quod refellit Caesar ipse, omnesque eius amici: neque vero desistit, ubicumque est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi umquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audissent, quum Sicyone palam multis audientibus loqueretur, nefaria quaedam ad me pertulerunt. Nosti genus [5], etiam expertus es fortasse: in me id est omne conversum. Sed augeo commemorando dolorem, et facio etiam tibi. Quare ad illud redeo: cura, ut huius rei causa, dedita opera, mittat aliquem Balbus. Ad quos videbitur, velim cures literas meo nomine. Vale. VI Kal. Ianuar.

vedere che sia prudenza: nè per questo ti sconforto già da mantener tuo giudizio, scrivendomene più che puoi; imperocchè le tue lettere in questo tempo mi portano alcun lenitivo. Egli è da far ogni più studiosa prova, per mezzo di quelli che mi vogliono bene e sono molto innanzi con Cesare, e soprattutto per mezzo di Balbo e di Oppio, che gli scrivano di me con tutto l'ardore. Imperocchè siamo oppugnati (a quello che odo) e da certi che gli sono attorno, e per lettere; ed è da far loro testa con tanto vigore, quanto il caso domanda. Fufio [1] è colà, il maggior avversario che io abbia. Quinto vi mandò il figliuolo, non solo a pregarlo per sè, ma e ad accusar me. Va dicendo che io soffio contro di lui nell'animo di Cesare [2]; il che gli è rimandato in gola dal medesimo Cesare, e da tutti gli amici di lui: nè per questo ristà, dove che egli sia, di dir di me tutto il peggio che può. Non m'è incontrato mai cosa che più credessi impossibile, nè in queste miserie sì dolorosa. Parlando lui alla scoperta in Sicione, molti che lo udirono, m'hanno rapportato cose da fuoco. Tu conosci l'indole sua, e forse anche assaggiatala: or tutto ciò è caduto sulla mia testa. Ma con queste rammemorazioni mi cresco dolore, e ne do anche a te. Pertanto torno a proposito. T'adopera che Balbo per questo negozio mandi chicchessia, ed anche mi faresti servigio di scrivere lettere in mia persona. A Dio. A' 27 di decembre.

CDIII. (Ad Div. XIV, 16)

Argumentum. Se literas Terentiae exspectare scribit; Volumniam officiosiorem esse debuisse indicat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCV, prid. Kal. Ian.

M. T. CICERO TERENTIAE SVAE S. P. D.

Si vales, bene est: valeo. Etsi eiusmodi tempora nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut a te literarum [1] exspectem, aut ipse ad te scribam; tamen nescio quomodo et ipse vestras literas exspecto, et scribo ad vos, quum habeo, qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit; et id ipsum, quod fecit, potuit diligentius facere, et cautius: quamquam alia sunt, quae magis curemus, magisque doleamus; quae me ita conficiunt, ut ii voluerunt [2], qui me de mea sententia detruserunt. Cura, ut valeas. Pridie Kalend. Ianuar [3].

CDIV. (Ad Att. XI, 9)

Argumentum. 1 Incaute se egisse, quod vel non manserit in Italia, vel celerius, quam opus esset, redierit. 2 Epistolas a Q. fratre ad complures scriptas in se probrorum plenas queritur. 3 Tulliae fortunam deplorat.

CDIII. (A Div. XIV, 16)

Argomento. Scrive che aspetta lettere di Terenzia; e accenna che Volunnia avrebbe dovuto usargli maggiori riguardi.

Scritta da Brindisi l'anno DCCV, il 31 di Decembre.

M. T. CICERONE A TERENZIA SUA S.

Se sei sana, lodato Dio! io sono altresì. Quantunque lo stato nel qual mi trovo non mi dà cagione di aspettar da te lettere, nè a te mandarne; nondimeno (non so io come) io e desidero le vostre, ed avendo a chi darne, ne scrivo a voi. Volunnia [1] dovea ben essere con te più cortese che non è stata; e quel medesimo che ella fece, potea fare con più riservo e cautela. Sebbene e' c' è troppo altro di che darci pena e portare maggior dolore; il che mi trafigge tanto, quanto hanno voluto coloro che mi distolsero da quello che avea proposto [2]. Fa di esser sana. A' 31 di decembre.

CDIV. (Ad Att. XI, 9)

Argomento. 1 Della sua imprudenza, sia che non siasi trattenuto in Italia, sia che siavi ritornato più presto che non faceva mestieri. 2 Gli manifesta il suo dolore per le tante lettere che Quinto fratello ha scritto piene di nequizia contra di sè. 3 Piange la fortuna di Tullia.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, III Non. Ian.
C. Iulio Caesare Dictatore, M. Antonio Magistro equitum.

CICERO ATTICO S.

1 Ego vero et incaute, ut scribis, et celerius, quam oportuit, feci [1]; nec in ulla sum spe, quippe qui exceptionibus edictorum [2] retinear: quae si non essent sedulitate effectae, et benivolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet [3]. Quid autem me iuvat, quod ante initum tribunatum veni [4], si ipsum, quod veni, nihil iuvat? Iam quid sperem ab eo [5], qui mihi amicus numquam fuit; quum iam lege [6] etiam sim confectus et oppressus? Quotidie iam Balbi ad me literae languidiores; multaeque multorum ad illum, fortasse contra me. Meo vitio pereo. Nihil mihi mali casus [7] attulit: omnia culpa contracta sunt.

2 Ego enim, quum genus belli viderem, imparata et infirma omnia contra paratissimos; sciveram, quod facerem [8], ceperamque consilium non tam forte, quam mihi praeter ceteros concedendum. Cessi meis [9], vel potius parui: ex quibus unus qua mente fuerit, is, quem tu mihi commendas [10], cognosces ex ipsius literis, quas ad te, et ad alios misit; quas ego numquam aperuissem, nisi res acta sic [11] esset. Delatus est ad me

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 3 di Gennaio, essendo C. G. Cesare dittatore, e M. Antonio generale della cavalleria.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Troppo vero quello che scrivi! sprovveduto e troppo sollecito sono io stato. Or non ho più spiraglio, essendo ritenuto dalle eccezioni degli editti [1]; le quali se per la calca che se n'è fatta e per la tua benvoglienza non si fossero ottenute, io potrei ora ridurmi in qualche luogo solitario: ora nè eziandio ciò posso fare. Ed or che mi fa l'esser venuto prima che fossero entrati i tribuni [2], se l'esser venuto, questo medesimo non mi giova? ed anche, che sperar da tal uomo, che non mi è mai stato amico? [3] quando eziandio da una legge sono rovinato ed oppresso? 4 Balbo mi scrive lettere ogni dì più cascanti; e forse molte ne sono scritte da molti contro di me a Cesare. Son diserto a mia colpa; della fortuna non posso dolermi di nulla: tutto è guadagno fatto per me medesimo.

2 Imperocchè veggendo io guerra che era cotesta, fatta senza apparecchio nè forze contro forniti di tutto punto, mi stetti quatto: ed or che dovea fare? Che se questo mio partito non era da uom forte, egli era tale però da doversi, più che a nessun altro, a me condonare. Ho ceduto a' miei, o piuttosto ubbidito; de' quali uno (ed è quel medesimo che tu mi raccomandi) come fosse ben animato verso di me, lo vedrai dalle proprie sue lettere, da lui a te e ad altri mandate; le quali io non avrei aperte mai, se non fosse avvenuto quello che ora dirò. Mi fu mandato un piego:

fasciculus; solvi, si quid ad me esset literarum: nihil erat: epistola Vatinio, et Ligurio [12] altera: iussi ad eos deferri. Illi ad me statim ardentes dolore venerunt, scelus hominis clamantes; epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere: se enim scire, summo illum [13] in odio fuisse Caesari: illum tamen non modo favisse, sed et tantam illi pecuniam dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire, quid scripsisset ad ceteros. Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset. Cognovi eiusdem generis [14]; ad te misi: quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes [15]; nil me laedet. Nam quod resignatae sunt; habet, opinor, eius signum [16] Pomponia. Hac ille acerbitate initio navigationis quum usus esset, tanto me dolore affecit, ut postea iacuerim: neque nunc tam pro se, quam contra me, laborare dicitur.

3 Ita omnibus rebus urgeor; quas sustinere vix possum, vel plane nullo modo possum: quibus in miseriis una est pro omnibus, quod istam miseram patre [17], patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Quare te, ut polliceris, videre plane velim. Alium enim, cui illam commendem, habeo neminem; quoniam matri quoque eadem intellexi esse parata, quae mihi [18]. Sed, si me non offendes [19], satis tamen habeto commendatam,

lo sciolsi, se mai ci fosse nulla di lettere a me. Niente: solo una a Vatinio, ed una a Ligurio [5]: le mandai loro. Essi poco stante furono a me, infiammati per lo dolore, gridando al ribaldo; mi leggono le lettere piene di vitupéro contro di me. Qui Ligurio gittarsi via, dicendo, sè saper bene come Cesare non lo poteva vedere: e tuttavia non solo egli era venuto dalla sua, ma per rispetto di me donatogli grossa somma di danaro. Ricevuto io questa ferita, volli vedere che cosa avesse scritto agli altri: imperocchè io intendea che gli sarebbe tornato a rovina, se quella sua tanta ribalderia fosse menata per bocca. Ho trovata la stessa farina: te le mando, e se credi di fargliele avere, fa tu: nessun danno; nè guasta che sieno dissigillate: Pomponia dee ben aver suo sigillo. Avendo lui, al principio del navigare, tenuto meco sì acerbe maniere, ne ho ricevuto tanto dolore, che indi fui ammalazzato; ed ora si dice che non tanto egli faccia ogni opera per lo ben suo, quanto per danno mio.

3 Così da tutte parti son balestrato; le quali cose a mala pena posso io tollerare; anzi non posso in modo nessuno: e tuttavia in tante miserie, una sola mi vale tutte, che io dovrò lasciare questa poveretta, orfana e nuda di patrimonio e di ogni suo bene. Per la qual cosa io vorrei, come tu mi prometti, in ogni modo vederti: da che a cui raccomandarla non ho, da te in fuori, nessuno; ed anche so, la madre di lei essere nella nave medesima che sono io. Ma caso che tu non mi avessi a trovare, siati nondimeno abbastanza raccoman-

patruumque in ea, quantum poteris, mitigato. Haec ad te die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset! [20] Plura scribere fletu prohibeor.

CDV. (Ad Att. XI, 10)

Argumentum. 1 De furiosis Quintorum patris et filii erga se odiis; 2 de iis, quae sibi de Africanis rebus et Caesaris statu nuntiata sint. 3 Crebriores ab Attico literas exposcit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, XII Kal. Febr.

CICERO ATTICO S.

1 Ad meas incredibiles aegritudines aliquid novi accedit ex iis, quae de Q. Q. [1] ad me afferuntur. P. Terentius, meus necessarius, operas in portu, et scriptura Asiae pro magistro dedit [2]. Is Quintum filium Ephesi vidit VI Id. Decemb., eumque studiose propter amicitiam nostram invitavit; quumque ex eo de me cunctaretur [3], eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum; volumenque [4] sibi ostendisse orationis, quam apud Caesarem contra me esset habiturus; multa a se dicta contra eius amentiam; multa postea Patris [5] consimili scelere secum Quintum patrem locutum: cuius furorem ex iis epistolis, quas ad te misi [6],

data; e fa di ammollire al possibile il zio verso di lei. Queste cose scrivo il giorno mio natalizio [6]; nel quale fosse piaciuto agli Dei che io non fossi stato ricolto, ovvero che dal medesimo corpo non fosse poi uscito punto altro! Le lagrime non mi lasciano scriver più avanti.

CDV. (Ad Att. XI, 16)

Argomento. 1 Della furiosa bile de' Quinti padre e figliuolo verso di sè; 2 di quanto gli fu raccontato intorno alla guerra Africana e alla situazione di Cesare. 3 Chiede più spesso lettere da Attico.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 21 di Gennaio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Mancava alle incredibili mie amaritudini il dolore delle novelle avute de' due Quinti. P. Terenzio, mio amicissimo, ebbe assai mano in ufizio di vicecapo nel porto e al banco delle gabelle dell'Asia [1]. Questi agli 8 di decembre vide in Efeso Quinto il figliuolo, e per la nostra amicizia gli fece gran calca, perchè fosse a cena con lui; dimandandogli novelle di me, contava d'aver avuta questa risposta: lui odiarmi mortalmente; ed avergli mostrato un volume di aringa che egli voleva recitare a Cesare contro di me; e come egli avea con molte parole biasimato quella sua manía. Appresso diceva, avergli detto in Patrasso Quinto il padre somiglianti ribalderie; e tu hai ben potuto, dalle lettere

perspicere potuisti. Haec tibi dolori esse certo scio: me quidem excruciant, et eo magis, quod mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto.

2 De Africanis rebus 7 longe alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur. Nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratius. Accedit Hispania 8, et alienata Italia; legionum nec vis eadem, nec voluntas; urbanae res perditae 9.

3 Quid est, ubi acquiescam, nisi quamdiu tuas literas lego? quae essent profecto crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiam minui posse. Sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me, quicquid erit; eosque 10, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accuses tamen; non ut aliquid proficias, sed ut me tibi carum esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripseris. Vale. XII Kal. Febr.

CDVI. (Ad Att. XI, 11)

Argumentum. 1 Se omnia multa et sustinere et exspectare scribit; 2 petitque ab Attico ut sibi Romae pecunias curet, et crebro scribere pergat.

che ti mandai, conoscere il suo furore. So io bene questa essere a te una saetta; a me altresì: e tanto più, perchè io veggo di non dovermene eziandio poter dolere con loro [2].

2 Delle cose dell'Africa troppo altro m'è rapportato, che non mi scrivevi tu, cioè ogni cosa esser colà la più fortificata ed agguerrita del mondo [3]; ed aggiugnivi anche la Spagna [4] e l'Italia, che non è più per lui; le legioni snervate e svogliate; le cose di Roma in fondo [5].

3 Che mi resta dove prendere qualche riposo, salvo quanto leggo tue lettere? le quali, intendo io bene, avrei io più spesso, se tu avessi di che ti confidassi poter mitigare il mio dolore. Tuttavia non restar, te ne prego, di scrivermi, sia che si vuole; e se odiar non puoi coloro che sì crudelmente mi sono avversi, dinne loro il peggio che puoi; non già che io ne speri punto di bene, ma per far loro sentire che io ti son caro. Ti scriverò più avanti, fatta che tu mi abbi la risposta all' ultima lettera. A Dio. A' 21 di gennaio.

CDVI. (Ad Att. XI, 11)

Argomento. 1 Scrive che molto pazienta e molto aspetta; 2 e prega Attico che gli trovi danari a Roma, e continui a scrivergli spesso.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VIII Id. Mart.

CICERO ATTICO S.

1 Confectus iam cruciatu maximorum dolorum, ne, si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exequi possim [1]; hoc minus, quod res nulla est, quae scribenda sit; quum praesertim ne spes quidem ulla ostendatur, fore melius. Ita iam ne tuas quidem literas exspecto; quamquam semper aliquid afferunt, quod velim. Quare tu quidem scribito, quum erit, cui des. Ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo, quod rescribam. Longo enim intervallo video immutata esse omnia: illa esse firma, quae debeant [2]; nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere.

2 P. Sallustio curanda sunt H-S xxx, quae accepi a Cn. Sallustio. Velim videas, ut sine mora curentur [3]. De ea re scripsi ad Terentiam: atque hoc ipsum iam prope consumtum est. Quare id quoque velim, cum illa videas, ut sit, qui utamur [4]. Hic fortasse potero sumere, si sciam istic paratum fore [5]: sed prius, quam id scirem, nihil sum ausus sumere. Qui sit omnium rerum status noster, vides. Nihil est mali, quod non et sustineam, et exspectem. Quarum rerum eo gravior est dolor, quo culpa maior. Ille [6] in Achaia non

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, l'8 di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ammazzato oggimai dal tormento di eccessivi dolori, quando bene io mi sentissi di doverti scrivere di checchessia, non credo che io potessi farlo sì leggermente: or quanto meno, non avendo alla mano cosa da scrivere, massime che nè anche veggo speranza che le cose voltino in meglio. E così io non aspetto eziandio tue lettere, quantunque elle mi apportino sempre qualcosa che mi piace: il perchè scrivi pure, quando tu abbia a chi darle. Alle tue lettere, avute già è un pezzo, non ho che rispondere; conciossiachè in questo lungo tempo di mezzo veggo mutato ogni cosa; ed aver preso stato fermo le cose là dove si conveniva; e che noi paghiamo il fio ben caro della nostra stoltezza.

2 Fa che a P. Sallustio sien pagati i trentamila sesterzi che ho ricevuti qui da Gn. Sallustio; e ti prego che ciò sia fatto senza por tempo in mezzo, come ne ho scritto a Terenzia: anzi questa medesima somma è presso che tutta logora: il perchè io amerei che tu vedessi con lei, come io abbia altro che mi occorre. Sapendo io costì poter essere tanto da sopperire, forse io potrò prendere qui; ma prima di esserne certificato, non fui oso di prenderne. In che termine sieno le cose tutte, tu 'l vedi: non c'è male che io non patisca, e che non m'aspetti; di che più grave ne porto il dolore, quanto è maggiore la colpa. Quel cotale non

cessat de nobis detrahere. Nihil videlicet tuae literae profecerunt. Vale. VIII Id. Mart.

CDVII. (Ad Att. XI, 12)

Argumentum. 1 De literis ad Caesarem scriptis; 2 de statu rerum in Africa; 3 de literis suo nomine ad alios ab Attico scribendis; 4 de Galeonis tarditate.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, VIII Id. Mart. vespere.

CICERO ATTICO S.

1 Cephalio mihi a te literas reddidit a. d. VIII Id. Mart. vespere. Eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam literas. Tuis tamen lectis literis, putavi aliquid rescribendum esse; maxime, quod ostendis, te pendere animi, quamnam rationem sim Caesari allaturus profectionis meae tum, quum ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi nova ratione. Saepe enim ad eum scripsi, multisque mandavi, non potuisse, quum cupissem, sermones hominum sustinere; multaque in eam sententiam. Nihil enim erat, quod minus eum vellem existimare, quam me tanta de re [1] non meo consilio usum esse. Postea, quum [2] mihi literae a Balbo Cornelio minore missae essent, illum [3] existimare, Quintum fratrem lituum [4] meae profectionis fuisse (ita enim scripsit [5]); qui nondum cognossem quae de me

rifina di levar i pezzi di me nell'Acaia: segno che le tue lettere non fecero nulla. A Dio. Agli 8 di marzo.

CDVII. (Ad Att. XI, 12)

Argomento. 1 Delle lettere scritte a Cesare; 2 dello stato della guerra Africana; 3 delle lettere da scriversi ad altri da Attico a nome di Cicerone; 4 e della lentezza di Galeone.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, la sera dell'8 di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Cefalione mi diede tue lettere la sera degli 8 di marzo, il dì medesimo che io la mattina avea mandato le mie a te. Ma lette le tue, ho creduto dover rispondere o poco o molto: massime che tu mi ti mostri in sospeso circa la scusa da allegare a Cesare della mia partenza, dico d'Italia. Or non bisogna punto di nuova ragione, avendogli io scritto più volte, e fattogli scrivere a molti: cioè di non aver potuto, come desiderava, comportare i cicalamenti degli uomini; nel qual proposito assai mi sono disteso: imperocchè io nulla voleva più che dissuaderlo di credere che io in cosa tanto grave avessi seguito altro consiglio che il mio. Appresso, avendomi scritto Balbo Cornelio il minore, come Cesare era di credere, Quinto il fratello essere stato la tromba della mia marcia (sue precise parole), quando io non aveva per ancora saputo le

Quintus scripsisset ad multos; etsi multa praesens in praesentem [6] acerbe dixerat et fecerat; tamen de eo [7] his verbis ad Caesarem scripsi:

« De Quinto fratre meo non minus laboro, « quam de me ipso: sed eum tibi commendare « hoc meo tempore non audeo. Illud dumtaxat « tamen audebo petere abs te, quod te oro, ne « quid existimes ab illo factum esse, quo minus « mea in te officia constarent, minusve te dili- « gerem; potiusque semper illum auctorem no- « strae coniunctionis fuisse, meique itineris co- « mitem, non ducem. Quare ceteris in rebus « tantum ei tribues, quantum humanitas tua, « amicitiaque vestra [8] postulat. Ego ei ne quid « apud te obsim, id te vehementer etiam atque « etiam rogo. »

Quare, si quis congressus fuerit mihi cum Caesare, etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit, idque iam declaraverit; ego tamen is ero, qui semper fui.

2 Sed, ut video, multo magis est nobis laborandum de Africa; quam quidem tu scribis confirmari quotidie magis ad conditionis spem [9], quam victoriae. Quod utinam ita esset! sed longe aliter esse intelligo; teque ipsum ita existimare arbitror, aliter autem scribere, non fallendi, sed confirmandi mei causa, praesertim quum adiungatur ad Africam etiam Hispania [10].

cose che Quinto avea di me scritte a parecchi (ed era vero però che egli avea personalmente contro di me in proprio parlato ed operato con molta acerbità); tuttavia di mia mano ho scritto a Cesare queste parole:

« Quinto mio fratello non m'è più a cuore che io « sia a me medesimo; ma di raccomandartelo, nel ter« mine in che io mi trovo, non sono ardito. Sola una « cosa mi piglierò sicurtà di domandarti, e ben te ne « priego, che tu non ti lasci ire a credere, lui aver « fatto nulla che potesse punto rivolgermi dal renderti « gli ufizi dovuti, e dal volerti manco di bene; anzi « avermi sempre mai predicato che noi stessimo sem« pre congiunti; ed essermi stato bensì compagno, non « mai maestro di questo viaggio. Per la qual cosa nel « resto tu avrai a lui quel riguardo che ti darà la tua « umanità e la vostra amicizia. Or questo ti prego col « calor maggiore che io posso, che per conto di me « egli non debba nel tuo favore ricevere impedimento « nessuno. »

Adunque, se io sarò mai con Cesare (quantunque non dubito che egli non debba con lui portarsi con benignità, e che egli non l'abbia ben dichiarato), io sarò quel medesimo che sempre fui.

2 Ma, a quello che veggo, noi avremo maggior pensiero dell'Africa; della qual tu mi scrivi che ella piglia ognor più solido avviamento a speranza di condizioni, che di vittoria. Facciallo pur Iddio! ma io veggo la cosa esser troppo altramenti; e credo che tu medesimo la pensi come me, e che mi scriva altro, non già per ingannarmi, ma per farmi pigliar animo, massime accompagnandosi con l'Africa anche la Spagna.

3 Quod me admones, ut scribam ad Antonium, et ad ceteros; si quid videbitur tibi opus esse, velim facias id, quod saepe fecisti [11]. Nihil enim mihi venit in mentem, quod scribendum putem. Quod me audis fractiorem esse animo; quid putas, quum videas accessisse ad superiores aegritudines praeclaras generi actiones? [12] Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, etiamsi rem, de qua scribas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi tuae literae.

4 Galeonis hereditatem crevi. Puto enim cretionem simplicem fuisse [13], quoniam ad me nulla missa est. VIII Id. Mart.

CDVIII. (Ad Att. XI, 13)

Argumentum. 1 De Pompeianis aliquot Alexandriam profectis, suaeque conditionis miseria; 2 de Q. fratris literis ad se scriptis; 3 de coheredibus Fufidianis; 4 de fundo Frusinati redimendo, et suppeditandis sibi pecuniis ad sumtum necessariis; 5 de literis suo nomine ad alios et ad se ab Attico scribendis.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, M. Mart. exeunte.

CICERO ATTICO S.

1 A Murenae liberto nihil adhuc acceperam literarum. P. Siser [1] reddiderat eas, quibus rescribo.

3 Tu mi conforti di scrivere ad Antonio ed agli altri; ma fie il meglio che (quello che tu spesso facesti) lo faccia tu, secondo che giudicherai bisognare; imperocchè a me non si dà innanzi cosa che mi paia da scrivere. E' ti fu rapportato, come io sono vie peggio scoraggiato: or che vuo' tu altro, veggendo la giunta fatta a' miei antichi dolori, delle prodezze del genero? [1] Nondimeno ti prego, non restare di scrivermi (quando ne abbi comodità), eziandio che tu non abbi che scrivere: da che le tue lettere mi fanno sempre qualcosa.

4 Accettai la eredità di Galeone: da che, la credo accettazion semplice, non essendone a me mandata nessuna. Agli 8 di marzo.

CDVIII. (Ad Att. XI, 13).

Argomento. 1 Della partenza di alcuni Pompeiani per Alessandria, e della miserabile sua situazione; 2 delle lettere ricevute da Quinto fratello; 3 dei coeredi di Fufidio; 4 del podere Frusinate da redimersi, e del danaro da somministrarglisi per le sue spese; 5 delle lettere da scriversi a suo nome ad altri ed a sè da Attico.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, sul finir del mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Dal liberto di Murena, nessuna lettera fino ad ora P. Sisero mi consegnò quella, a cui ora rispondo.

De Servii patris [2] literis, quod scribis, item, Quintum in Syriam venisse, quod ais esse qui nuntient; ne id quidem verum est. Quod certiorem te vis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorum, qui huc venerunt; neminem alieno intellexi. Sed, quantum id mea intersit [3], existimare te posse certo scio. Mihi quum omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maxime, quod in eam causam venisse me video, ut ea sola utilia mihi esse videantur, quae semper nolui [4]. P. Lentulum [5] patrem Rhodi esse aiunt, Alexandriae filium; Rhodoque Alexandriam C. Cassium profectum esse constat [6].

2 Quintus mihi per literas satisfacit, multo asperioribus verbis, quam quum gravissime accusabat. Ait enim, se ex literis tuis intelligere, tibi non placere, quod ad multos de me asperius scripserit [7]; itaque se poenitere, quod animum tuum offenderit; sed se iure fecisse. Deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit. Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret. Atque utinam vel nocturnis, quemadmodum tu scripseras [8], itineribus propius te accessissem! Nunc nec ubi, nec quando te sim visurus, possum suspicari.

3 De coheredibus Fufidianis nihil fuit, quod ad me scriberes. Nam et aequum postulant [9]; et, quicquid egisses, recte esse actum putarem.

Quanto a ciò che mi scrivi delle lettere di Servio il padre, e così quello che tu di' vociferarsi che Quinto sia venuto nella Siria, nè eziandio questo è vero. Tu vuoi sapere di che animo sia, o sia stato ciascun di quelli che qua son venuti: non ho scoperto alcuno di avverso. Ma quello che monti cotesto a me, so io per fermo che tu il puoi ben conoscere. Ogni cosa mi apporta un dolore non tollerabile, ma questa soprattutto, che solo quelle cose veggo essermi utili, che ho sempre fuggite [1]. Dicono, P. Lentulo il padre essere in Rodi, il figliuolo in Alessandria; ed è fuor di dubbio, C. Cassio da Rodi esser passato ad Alessandria.

2 Quinto mi si purga per lettera con parole troppo più agre, che non fece quando mi accusava più duramente: imperocchè scrive di aver compreso dalle tue lettere, come a te dispiaceva che egli a molti avesse scritto di me alquanto aspramente; che gli doleva di averti dato così dispiacere; ma aver avuto ragione di far come fece. Aggiugne poi villanissimamente, per quali ragioni così abbia operato. Ma credi: nè in questo tempo, nè prima avrebbe così apertamente sfogato il suo odio contro di me, se non avesse veduto me schiacciato da tutte parti. Or fossi io, come m'avevi tu scritto, viaggiando anche di notte, accostatomi più a te! ora nè dove nè quando io ti possa vedere, non potrei indovinarlo.

3 Circa i coeredi di Fufidio, tu non avevi ragion di scrivermi: chè ed egli dimandano cosa ragionevole, ed io avrei avuto per ben fatto ogni cosa fatta da te.

4 De fundo Frusinati [10] redimendo iam pridem intellexisti voluntatem meam. Etsi tum meliore loco res erant nostrae, neque tam mihi desperatum iri videbantur [11]; tamen in eadem sum voluntate. Id quemadmodum fiat [12], tu videbis. Et velim, quoad poteris, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumtus necessarii. Si quas habuimus facultates, eas Pompeio tum, quum id videbamur sapienter facere, detulimus [13]. Itaque tum et a tuo villico sumsimus, et aliunde mutuati sumus, quum Quintus quereretur per literas, sibi nos nihil dedisse; qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi eam pecuniam aspeximus [14]. Sed velim videas, quid sit, quod confici possit, quidque mihi de omnibus des consilii; et causam nosti [15].

5 Plura ne scribam, dolore impedior. Si quid erit, quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, ut soles, facias: quotiesque habebis, cui des ad me literas, nolim praetermittas. Vale.

CDIX. (Ad Att. XI, 14)

Argumentum. 1 Scribit, se de salute sua gravius periclitari; 2 Q. fratris in se animum nihilo meliorem esse; 3 ad Minucium de pecuniis sibi solvendis scripsisse, et Atticum se cupide exspectare.

4 Quanto al redimere il fondo Frusinate, tu hai saputo, è un pezzo, la mia volontà: quantunque allora in troppo migliore stato erano i fatti miei, nè io credeva che e' dovessero subissare così; tuttavia io sono dello stesso pensiero. Ma del come venirne all'effetto, fa tu. E pensa bene di grazia, con tuo agio, di veder modo come io abbia la spesa per la vita. Se io aveva punto di danaro, l'ho posto in mano (quando il farlo parea da uom saggio) a Pompeo. Il perchè sì dal tuo castaldo ne ho preso, e sì tolto a prestanza da altri, a cagion delle tragedie che Quinto mi facea in capo, che io non gli avessi dato un soldo: quando nè egli me ne dimandò mai, nè io quel danaro veduto mai *. Ma vedi, te ne prego, donde si possa cavare qualcosa, e qual consiglio generalmente tu possa darmi; tu ben conosci lo stato delle cose.

5 Il dolore mi toglie di scriver più. Se tu credi da scriver qualcosa a cui ti parrà, in persona mia, fàllo, come se' usato; e tutte le volte che tu abbi a cui darle, non mi fallir di tue lettere. A Dio.

CDIX. (Ad Att. XI, 14)

Argomento. 1 Scrive che la sua salvezza è maggiormente in pericolo; 2 che Quinto fratello non è niente meglio disposto a suo favore; 3 che ha già spedito lettere a Minucio per il danaro che gli deve, e che sta aspettando Attico a braccia aperte.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, M. Apr.

CICERO ATTICO S.

1 Non me offendit veritas literarum tuarum, quod me, quum communibus, tum praecipuis [1] malis oppressum, ne incipis quidem, ut solebas, consolari, faterisque id fieri iam non posse. Nec enim ea sunt, quae erant antea, quum, ut nihil aliud, comites me et socios habere putabam [2]: Omnes enim Achaici deprecatores [3], item qui in Asia, quibus non erat ignotum [4]; etiam quibus erat, in Africam dicuntur navigaturi. Ita praeter Laelium [5], neminem habeo culpae socium; qui tamen hoc meliore in causa [6] est, quod iam est receptus [7]. De me autem, non dubito, quin ad Balbum et ad Oppium scripserit [8]; a quibus, si quid esset laetius, certior factus essem; tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare velim, et ad me, quid tibi responderint, scribas: non quod ab isto salus data quicquam habitura sit firmitudinis; sed tamen aliquid consuli et prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, praesertim hoc genero [9]; tamen, in tantis malis quid aliud velim, non reperio.

2 Quintus pergit [10], ut ad me et Pansa scripsit, et Hirtius: isque item Africam petere cum ceteris dicitur.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Non mi offende il vero, che mostrano le tue lettere: da che, sapendomi tu oppresso sì da' comuni e sì da' mali miei proprii, non metti pur mano a consolarmi, come solevi; anzi confessi, ciò essere oggimai impossibile. Imperocchè le cose non sono ora nello stato di prima, quando (alla più disperata) io pensava di aver sozi e compagni: che ecco tutti que' dell'Acaia come dell'Asia, che erano iti per mercè[1], sì que' che l'aveano impetrata, come quelli che no, si conta che vogliano passare in Africa. Così, da Lelio in fuori, io non ho altro compagno della mia colpa; il qual tuttavia ha questo vantaggio da me, che egli fu raccettato: io non dubito che egli abbia scritto di me a Balbo e ad Oppio; da' quali però, se avesse avuto nulla di buono, me l'avrebbe fatto sapere, ed anche eglino me ne avrebbero detto qualcosa. E tu farai bene di parlar di ciò medesimo con loro, e scrivermi che t'avranno risposto. Non già che la salute donataci da tale uomo debba aver nulla di fermo, ma se ne potrà però pensare e trovar qualche stiva. Quantunque mi fa orrore la vista di tutti; massimamente avendo sì fatto genero: ma in tal subisso di mali, non so che altro volermi.

2 Quinto, mi scrive Pansa ed Irzio, segue pure suo passo; e dicono che con gli altri passerà in Africa.

3 Ad Minucium Tarentum [11] scribam, et tuas literas mittam. Ad te scribam, num quid egerit. H-S xxx potuisse [12] mirarer, nisi multa de Fufidianis praediis: et id video. Tamen te exspecto: quem videre, si ullo modo potes venire [13], pervellem. Iam extremum concluditur: ubi facile est, quid, quale sit gravius, existimare [14]. Vale.

CDX. (Ad Att. XI, 15)

Argumentum. 1 Queritur, quum omnium aliorum, qui a Pompeii partibus steterint, ratio exitum habeat, suam nullum habere. 2 Cur de Fufidianis praediis nihil potuerit confici, quaerit.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, prid. Id. Maii.

CICERO ATTICO S.

1 Quoniam iustas causas affers, quod [1] te hoc tempore videre non possim; quaeso, quid sit mihi faciendum. Ille [2] enim ita videtur Alexandriam tenere, ut eum scribere etiam pudeat [3] de illis rebus. Hi [4] autem ex Africa iam affuturi videntur; Achaei [5], item ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium. Sum enim solus, aut cum altero [6], cui neque ad illos [7] reditus sit, neque ab his ipsis quicquam ad spem ostendatur. Sed tamen scire velim, quid censeas:

3 Scriverò a Taranto a Minucio, chiudendogli la tua lettera; e se nulla avrà fatto, il saprai. Mi parrebbe non vero che si fosse potuto cavarne trentamila sesterzii: se non che gran rincalzo diede il fondo di Fufidio. Ciò ben veggo io [2]: e nondimeno aspetto te; chè di vederti (se hai qualche via da ciò) mi consumo. Siamo già allo stringer del nodo: quindi è facile il far le ragioni di quello che sia da fare, e che più porti di danno. A Dio.

CDX. (Ad Att. XI, 15)

Argomento. 1 Si attrista che la sorte di coloro che hanno parteggiato per Pompeo sia già decisa, quando la sua è ancora in bilico. 2 Chiede perchè mai nulla ancora siasi potuto sbrigare sul conto de' poderi di Fufidio.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 14 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Troppo giuste son le ragioni che mi alleghi, del non poter io di questo tempo vederti: dimmi dunque cosa che io m' abbia a fare. Imperocchè il Sere mostra insignorito di Alessandria per modo, che si vergogna eziandio di scrivere di que' fatti [1]. Quegli altri poi si aspettano qui dall'Africa di dì in dì. Que' dall'Acaia, e così dall'Asia, sono per tornare a loro, ovvero pigliar posta ferma in qualche luogo libero. Dimmi dunque che ti sembra da fare? veggo bene il gruppo esser duro: imperocchè io son solo, ovvero con uno il quale nè può a quelli tornare, nè questi medesimi gli danno da sperar nulla. Nondimeno amerei di sapere il tuo sen-

idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperem videre. Minucium XII sola[8] curasse, scripsi ad te antea[9]: quod superest, velim videas, ut curetur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit; filius vero mirifico odio. Nihil fingi potest mali, quo non urgear. Omnia tamen sunt faciliora, quam peccati[10] dolor, qui et maximus est, et aeternus: cuius peccati si socios essem habiturus ego, quos putavi, tamen esset consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum[11], mea nullum. Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus scilicet, quum se expedierint, et una esse coeperint. Ii autem ipsi, qui sua voluntate ad Fufium[12] venerunt, nihil possunt, nisi timidi, existimari. Multi autem sunt, qui, quicumque sunt[13], modo ad illos se recipere volent, recipientur. Quo minus debes mirari, non posse me tanto dolori resistere. Solius enim meum peccatum corrigi non potest, et fortasse Laelii. Sed quid me id levat? C. quidem Cassium aiunt consilium, Alexandriam eundi mutavisse[14]. Haec ad te scribo, non ut queas tu demere solicitudinem, sed ut cognoscam, ecquid tu ad ea afferas, quae me conficiunt: ad quae gener accedit[15], et cetera, quae fletu reprimor, ne scribam. Quin etiam Aesopi filius[16] me excruciat. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Sed ad primum revertor:

timento: e ciò era fra l'altre cose, che mi facea (se era possibile) desiderar di vederti. Ti scrissi già che Minucio non mi avea fatto avere che pur dodicimila sesterzii; per lo resto, ti prego, vedi come io lo abbia. Quinto tanto è lontano che m'abbia scritto in modo da placarmi, che anzi con grandissima acerbità; il figliuol poi con mal animo da non crederlo. Non puoi immaginare sciagure, che tutte io non le abbia addosso. E tuttavia ogni cosa è a portar più agevole del dolore della mia colpa, il quale è grandissimo, e mai non allenta; del qual peccato se io avessi anco avuto que' che pensai per compagni, la consolazion sarebbe leggera. E tuttavia tali sono le lor condizioni, da trovar qualche gretola; io nessuna. Altri, per essere stati presi, altri colti in mezzo, non lasciano sospetto della lor volontà; e vie meno, per aver trovato l'uscita, e già cominciato a ragunarsi in un luogo medesimo: laddove quelli che di lor volontà si condussero a Fufio [2], non possono aver altra voce che di paurosi; e ci sono anche molti i quali (qualunque sieno), pur che vogliano ridursi con quelli, saran ricevuti. Di che tu non dei maravigliarti che mi sia intollerabil dolore a vedere che solo io in questa colpa non abbia riparo, e forse anche Lelio. Ma che conforto è questo per me? E dicono altresì che C. Cassio si sia mutato di voler condursi in Alessandria [3]. Queste cose ti scrivo, non per darti via a poter mitigare la mia pena, ma per sapere se tu abbi nulla di buono per la mia ferita; la qual rincrudisce per cagion del genero, e di altre cose che il pianto non mi lascia scrivere. Ma e c'è anche il figliuol d'Esopo [4] che mi tiene in croce: in somma, io sono, senza levarne un iota, il più misero uomo del mondo. Ma per ricondurmi al primo proposto: che di' tu da

quid putes faciendum; occultene aliquo propius veniendum, an mare transeundum: nam hic maneri diutius non potest.

2 De Fufidianis quare nihil potuit confici? genus enim conditionis [17] eiusmodi fuit, in quo non solet esse controversia; quum ea pars, quae videtur esse minor, licitatione expleri [18] posset. Haec ego non sine causa quaero: suspicor enim, coheredes dubiam nostram causam putare [19], et eo rem in integro esse [20]. Vale. Pridie Idus Maias.

CDXI. (Ad Att. XI, 16)

Argumentum. 1 De epistola Caesaris vel ad se ipsum, vel ad alium de se scripta; 2 de literis ad Q. fratrem scribendis; 3 de Terentiae testamento, et fide ejus in suspicionem adducta.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVI, III Non. Iun.

CICERO ATTICO S.

1 Non meo vitio fit, hoc quidem tempore (ante enim est peccatum), ut me ista epistola nihil consoletur. Nam et exigue scripta est, et suspiciones magnas habet, non esse ab illo [1]; quas animadvertisse te existimo. De obviam itione [2] ita faciam, ut suades. Neque enim ulla [3] de adventu eius opinio est; neque, si qui ex Asia veniunt, quicquam auditum esse dicunt de pace; cuius

fare? m'accosto io di celato in qualche luogo più presso? o, passo io il mare? da che durarla qui più a lungo non è possibile.

2 Or come fu, che dell'affar di Fufidio nulla s'è potuto conchiudere? essendo la condizione sì fatta, che non ci suole aver luogo questione? da che a quella porzione, che pare esser più piccola, si potea soppperire coll'incanto. Questo non dimando io senza un perchè: io non vorrei che i coeredi, sopra la incertezza delle cose mie, tenessero l'affare in pendente. A Dio. A' 14 di maggio.

CDXI. (Ad Att. XI, 16)

Argomento. 1 Della lettera di Cesare scritta a se medesimo, o di se medesimo ad altri; 2 delle lettere da scriversi a Quinto fratello; 3 del testamento di Terenzia, e del sospetto intorno alla fedeltà di lei.

Scritta da Brindisi l'anno DCCVI, il 3 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Non è per mia colpa (dico al presente, chè per innanzi ne è stato troppo) che questa lettera punto non mi consoli: imperocchè ed è scritta meschinamente [1], e dà luogo a di gran sospetti che ella non venga da lui; e credo che tu medesimo gli abbia notati. Dell'andargli all'incontro, farò come tu di': da che del suo venire non è spiraglio nessuno; nè, venendo alcuni dell'Asia, ci dicono di aver nulla sentito di pa-

ego spe in hanc fraudem incidi. Nihil video, quod sperandum putem, nunc praesertim, quum ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, in Italia 4. Ego vero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum eius negotium confectum iri puto 5. Quod autem scribis, quamdam laetitiam bonorum esse commotam, ut sit auditum de literis 6; tu quidem nihil praetermittis, in quo putes aliquid solatii esse; sed ego non adducor, quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab illo 7; et eo minus, quod huius consilii iam ne socium quidem habeo quemquam. Qui in Asia sunt, rerum exitum exspectant. Achaici 8 etiam Fufio spem deprecationis afferunt 9. Horum et timor idem fuit primo, qui meus, et constitutum 10. Mora Alexandrina 11 causam illorum correxit, meam evertit. Quamobrem idem a te nunc peto, quod superioribus 12 literis, ut, si quid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. Si recipior ab his 13, quod vides non fieri; tamen, quoad bellum erit, quid agam, aut ubi sim, non reperio: sin iactor, eo minus. Itaque tuas literas exspecto; easque ut ad me sine dubitatione scribas, rogo.

2 Quod suades, ut ad Quintum scribam de his literis 14; facerem, si me quicquam istae literae

Argomento. Scrive di volere recarsi da Varrone; ma teme d'essere censurato, se tutti due insieme vanno a Baja; di disprezzare tuttavia le censure de' barbari.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, circa il 13 di Aprile.

CICERONE A VARRONE

Io veramente non avea che scriverti; tuttavia venendo a te Caninio, non potei non dargli qualcosa. Che torrò dunque a scrivere? quello che credo essere di tuo gusto, che di corto ne verrò a te. Se non che, pensa di grazia quanto ben si convenga lo starci noi in siffatti luoghi [1] mentre Roma ne va così in fiamme. Noi farem dire a coloro che non sanno, come noi (siamo qui, siamo là) tegnamo sempre il medesimo modo e tenore di vita! Ma che giova? noi faremo pur dire. Or io credo dover noi darci gran pena, non forse (laddove tutti si convolgono in ogni bruttura di sceleraggini e di misfatti) sia vituperato il nostro essere insieme e fra noi diportarci! Ma sia che vuole, io, gittatami dietro la ignoranza de' barbari [2], verrò a trovarti. Imperocchè, quantunque il tempo presente sia misero (anzi è la stessa miseria), nondimeno l'arti nostre [3], non so io il come, mi pare che ora ci rispondano di più largo frutto che mai facessero: o ciò avvenga perchè ora non troviamo contento di null'altra cosa; ovvero perchè la gravezza del male [4] genera bisogno di medicina, e que-

stola, praesertim tantis postea novis rebus allatis[6], tamen perire lucubrationem meam nolui, et eam ipsam Caninio dedi: sed cum eo, ut cum [7] homine docto, et tui amantissimo, locutus ea sum, quae pertulisse illum ad te existimo.

2 Tibi autem[8] idem consilii do, quod mihimet ipsi: ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus[9]. Qui enim victoria se efferunt, quasi victos nos intuentur: qui autem victos esse nostros[10] moleste ferunt, nos dolent vivere. Quaeres fortasse, cur, quum haec in urbe sint, non absim, quemadmodum tu. Tu enim ipse, qui et me, et alios prudentia vincis, omnia, credo, vidisti[11]; nihil te omnino fefellit. Quis est tam lynceus[12], qui tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac mihi quidem iam pridem venit in mentem, bellum esse, aliquo exire, ut ea, quae agebantur[13] hic, quaeque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar ipse[14]. Putabam, qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, suspicaturum, aut dicturum, etiamsi non suspicaretur: Hic aut metuit, et ea re fugit; aut aliquid cogitat, et habet navem paratam. Denique, levissime qui suspicaretur, et qui fortasse me optime novisset, putaret me iccirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. Haec ego suspicans adhuc Romae maneo; et tamen λεληθότως consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo[15].

avemmo poi sì gravi novelle[2]), non volli che l'opera di quella notte m'andasse a male[3], e ad esso Caninio la misi in mano: ma essendo lui uomo erudito e amantissimo di te, gli posi negli orecchi di tali cose che credo aver lui travasate nelle tue.

2 Ora io do a te quel consiglio che a me medesimo: da che noi non possiamo così facilmente cessare il dir della gente, cessiamo gli sguardi: conciossiachè quelli che gonfiano per la vittoria, ci sguardano come vinti; a quelli poi a cui duole che i nostri sieno stati vinti, è una spina il vederci vivi. Ma tu forse mi dirai: Stando le cose di Roma come stanno, perchè non istai tu fuori, sì come me? — Sì sì: tu, che di prudenza come a me così a tutti entri innanzi, tu hai certo veduto ogni cosa, e niente affatto ti fuggì d'occhio. Ma chi ha mai così occhi di lince[4] che in sì fatte tenebre non inciampi in nessuna cosa, nè dia di cozzo in luogo nessuno? Ben m'era, da buon pezzo, venuto in mente, nulla convenir meglio che uscire per alcun luogo, per non veder nè sentire le cose che qui si facevano e si dicevano. Ma io rimordea me medesimo, immaginando che ognuno che m'avesse scontrato (secondo che gli paresse meglio) dovesse pigliar sospetto, o, non pigliandone anche, dire fra sè: Costui o ha paura, e però fugge; o mulina qualcosa, e tien presta una nave. — Finalmente, che alcuno sospettando non punto malignamente, ovvero che conoscendomi a fondo, pensasse che io me n'andassi, perchè i miei occhi non potessero patire certe persone. Adunque sopra queste ombre mi resto in Roma; e tuttavia *passo passo*, per la lunga usanza, ha oggimai fatto callo il mio stomaco.

3 Habes rationem mei consilii. Tibi igitur hoc censeo: latendum tantisper ibidem, dum effervescit haec gratulatio [16], et simul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum sit: confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. Quamquam quo me coniectura ducat, habeo [17]: sed exspecto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus [18], ad Baias venire. Erit enim nobis honestius, etiam quum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius, quam natatum [19].

4 Sed haec tu melius [20]: modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus [21], nunc vero etiam salutem; non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam [22], et potius libenter accurrere; si nemo utetur opera, tamen et scribere, et legere πολιτείας: et si minus in curia atque in foro, at in literis et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare rem publicam [23], et de moribus ac legibus quaerere. Mihi haec videntur. Tu, quid sis acturus, et, quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.

3 Ecco la ragione del mio divisamento: e così dico a te: Penso essere da starci qui medesimo rincantucciati, finchè sia dato giù il bollore di questi Viva [5], e fino a tanto eziandio che noi sentiamo il come abbia avuto fine l'affare (da che io l'ho già per finito). — Ora importa assai di che animo sia il vincitore, quale la conclusion delle cose. Sebbene so io quello che la congettura mi dà; e tuttavia vo' aspettare. A te poi dico: Non venire, no, a Baia [6], che prima il presente romore non sia affiocato: imperocchè e' sarà altresì a noi più orrevole il partire a tal tempo che paia essere noi a tali luoghi venuti, anzi a piangere che a bagnarci.

4 Ma di ciò tu vedrai il meglio. Stia pur fermo tra noi di vivere ne' nostri studi, de' quali per l'avanti noi solevamo procacciar pure diletto, laddove al presente eziandio la salute; di non sottrarci, caso che fossimo richiesti, o piuttosto accorrere volentieri, non solamente in opera di architetti, ma di lavoratori, a fabbricar la Repubblica; qualora l'opera nostra non sia gradita, scrivere però e leggere *cose di governo pubblico*; e se anche nè nel foro nè nella curia [7], certo nelle lettere e ne' libri (a modo che faceano quelle vecchie arche di sapienza) far del bene al comune, e disputare circa le leggi e' costumi. Così a me sembra di fare. Checchè piaccia a te, e abbi proposto di fare, avrò carissimo di saperlo.

CDXLI. (Ad Att. XII, 1)

Argumentum. Nuntiat, se ad constitutum V Kal. cum Attico congressurum.

Scr. in villa A. V. C. DCCVII, VIII Kal. Iun.

CICERO ATTICO S.

Vndecimo die postquam a te discesseram, hoc literularum exaravi, egrediens e villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano; ibi unum diem. V Kalend. igitur ad constitutum [1]: atque utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculum Atticae possim currere! Quod quidem ipsum scribe, quaeso, ad me; ut, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garriat [2]; sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis [3], itemque Piliae. Et tamen, etsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis. Quum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius: qua lecta, de Atticae febricula scilicet valde dolui. Reliqua, quae exspectabam, ex tuis literis cognovi omnia. Sed, quod scribis, *igniculum matutinum* [4]; γεροντικώτερον est memoriola vacillare. Ego enim IV Kal. Axio dederam, tibi III, Quinto, quo die venissem, id est [5] V Kal. Hoc igitur habebis [6]: novi nihil.—Quid

CDXLI (Ad Att. XII, 1)

Argomento. Gli fa sapere che al giorno stabilito de' 28 di Maggio si troverà insieme con Attico.

Scritta nella villa l'anno DCCVII, il 25 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Undici giorni dopo esser io partito da te, t'ho scritto questo po' di lettera, prima del dì uscendo di casa villesca. Quel dì medesimo pensava essere nell'Anagnino [1], l'altro nel Tusculano; quivi passai un giorno. Adunque a' 28 sarò dove siamo fra noi intesi: e così possa io correr di tratto ad abbracciar la mia Tullia, e a dar un bacio ad Attica! Ora questo medesimo fammi sapere di grazia, acciocchè, standomi io nel Tusculano, sappia quello che ella si chiaccheri [2]; se poi ella è in villa, quello che ella ti scriva; ed in questo mezzo tu o le manderai miei saluti, o le farai sapere la cosa; e così a Pilia. E quantunque noi siamo di tratto per vederci, tuttavia scrivimi qualche cosa, se n'hai. Essendo io sul ruotolar la lettera, venne a me di notte il corriere con la tua: lettala, ho preso (ti prometto) un dolor forte della febbricella di Attica: il resto della tua lettera, tutto come voleva. Ma, quanto a ciò che mi di' del *focherello mattutino* [3], egli è cosa troppo più *da vecchio* il vacillare un pocolino della memoria: imperocchè ad Assio [4] io avea scritto a' 28 del mese, a te a' 29, a Quinto [5] il dì medesimo che arrivai, cioè a' 28. Adunque la risposta è questa: Niente di nuo-

ergo opus erat epistola? — Quid, quum coram sumus, et garrimus quicquid in buccam? 7 Est profecto quiddam λέσχη [8], quae habet, etiamsi nihil subest, collocutione ipsa suavitatem.

CDXLII. (Ad Att. XII, 2)

Argumentum. De rumoribus quibusdam ex Africa, et de ludis Praenestinis, quibus Caesariani intersint.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, circ. Kal. Iun.

CICERO ATTICO S.

Hic rumores tamen [1], Murcum periisse naufragio [2], Asinium [3] delatum vivum in manus militum, L naves delatas in Vticam [4] reflatu hoc, Pompeium [5] non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, ut Paciecus [6] affirmat. Sed auctor nullius rei quisquam. Habes, quae, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Praeneste. Ibi Hirtius [7], et isti omnes. Et quidem ludi dies octo. Quae cenae! quae deliciae! Res interea fortasse transacta est [8]. O miros homines! At Balbus aedificat: τί γὰρ αὐτῷ μέλει? [9] Verum, si quaeris, homini non recta, sed voluptaria quaerenti, nonne βεβίωται? Tu interea dormis. Iam explicandum est πρόβλημα [10], si quid acturus es. Si quaeris, quid putem, ego fructum [11] puto. Sed quid multa? iam te videbo; et quidem,

vo. — Per lo che, qual bisogno era di lettera? — Qual bisogno, essendo noi insieme a cianciare di quello che ci viene in bocca? Appunto: egli è qualcosa lo stesso *confabulare;* il quale eziandio, non avendo di che, col barattar parole porta dolcezza.

CDXLII. (Ad Att. XII, 2)

Argomento. Di certe voci vaghe che venivano dall'Africa, e dei giuochi di Preneste, ai quali i Cesariani volevano intervenire.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, circa i primi di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

E tuttavia qui è voce [1], Marco essere rotto in mare [2]; Asinio [3] essere dato vivo in balía de' soldati; cinquanta navi essere, per questo voltare del vento, gittate ad Utica [4]; Pompeo [5] non sapersi dove sia, nè essere stato nelle Baleari [6], come Pacieco [7] mantiene: ma tutte queste novelle sono in aria. Ecco novità che, essendo tu fuori, si dicono. Intanto a Preneste [8] i giuochi; quivi Irzio [9] e tutti costoro; e giuochi (intendi?) di otto giorni. Che cene! che morbidezze! e intanto forse s'è stiacciato il capo al tordo. O uomini secolari! Ma Balbo fabbrica (*or che ne importa a lui?*). Ma se tu vuoi sapere: quest'uomo, che ama non l'onesto, ma il dilettevole [10], non *ha egli bene vissuto?* E tu intanto dormi [11], quando tu dei sciorre il *problema,* se già vuoi metter mano a fare qualcosa. Se mi domandi del mio parere, io mi sto pigliandomi il mondo sì come e' viene. Ma che più? io ti vedrò oggimai; e sì, come spero, difilato a casa mia; e in

ut spero, de via recta ad me. Simul enim et diem Tyrannioni constituemus [12], et si quid aliud.

CDXLIII. (Ad Div. IX, 4)

Argumentum. De Varronis adventu ita iocatur, ut ei permittat, utrum Diodori an Chrysippi sententiam de possibilibus et necessariis sequi malit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO VARRONI S.

Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν [1]. Quapropter, si venturus es, scito, necesse esse te venire; sin autem non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire [2]. Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet, χρυσιππείαne [3], an haec, quam noster Diodotus [4] non concoquebat. Sed de his etiam rebus, otiosi quum erimus, loquemur. Hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est [5]. De Coctio [6] mihi gratum est: nam id etiam Attico mandaram [7]. Tu si minus ad nos; accurremus ad te. Si hortum in bibliotheca habes [8], deerit nihil.

CDXLIV. (Ad Att. XII, 3)

Argumentum. De tribus pecuniae a Metone exigendae conditionibus.

un medesimo porremo a Tirannione [12] il giorno, e farem checchè altro.

CDXLIII. (A Div. IX, 4)

Argomento. Scherza sulla venuta di Varrone per modo, che gli concede di seguire quella sentenza di Diodoro, o di Crisippo, che più gli piace, delle cose possibili e delle necessarie.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE A VARRONE S.

Circa le *cose possibili*, sappi, io *sono con Diodoro* [1]. Adunque, se tu sei per venire; sappi, egli è giuocoforza che tu ne venga: ma se non sei, egli è delle cose *impossibili* che tu venga. Ora sappimi tu, qual delle due *sentenze* ti piaccia meglio: se *quella di Crisippo* [2], o questa che il nostro Diodoto [3] non si vuol ingozzare. Ma eziandio di questo parleremo a vegghia; e questo eziandio è, *secondo Crisippo, possibile.* Quanto a Cozzio [4], egregiamente: e sì n'avea messo la cosa in mano anche ad Attico. Non correndo tu a me, correrò io a te. Se tu hai giardini nella tua biblioteca, nulla ci mancherà.

CDXLIV. (Ad Att. XII, 3)

Argomento. Delle tre condizioni di esigere il danaro da Metone.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO ATTICO S.

Vnum te puto minus blandum esse, quam me: et, si uterque nostrum est [1] aliquando adversus aliquem, inter nos certe numquam sumus. Audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem: ne vivam, mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi ceteroqui [2] sum libenter, sed μακάρων νῆσοι tanti sunt [3], ut sine te sim tot dies [4]. Quare obduretur hoc triduum [5]; ut te quoque penam in eodem πάθει: quod ita est profecto. Sed velim scire, hodiene statim de auctione [6], aut quo die venias. Ego me interea cum libellis. Ac moleste fero, Vennonii [7] me historiam non habere. Sed tamen, ne nihil de re [8], nomen illud, quod a Caesare, tres habet conditiones [9]: aut emtionem ab hasta (perdere malo; etsi praeter turpitudinem [10], hoc ipsum puto esse perdere): aut delegationem a mancipe [11], annua die (quis erit, cui credam? aut quando iste Metonis annus veniet? [12]); aut Vecteni conditionem, semisse [13]. Σκέψαι igitur. Ac vereor, ne iste iam auctionem nullam faciat; sed, ludis factis, Κτύπῳ subsidio currat, ne talis vir ἀλογηθῇ [14]. Sed μελήσει [15].

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Te solo ho io per meno lusinghiere di me; e se anche tu ed io ne fummo già verso chicchessia, infra noi certo non mai. Odimi adunque: *ti parlo netto.* Possa io morire, il mio Attico, se non solo il Tusculano (dove per altro mi sto volentieri), ma nè eziandio le *isole de' Beati* [1] mi sarebbono tanto care, che io ci volessi stare gl' interi giorni senza di te. Adunque facciamo a durarla questi tre dì tuttavia: così dico, per porre anche te nella medesima *passion d' animo*, come sei in fatti. Ma vorrei sapere se oggi dopo l'incanto verrai di presente, o qual altro dì. Io intanto co' miei libretti; quantunque mi duole di non aver la storia di Vennonio [2]. Ma tuttavia (per non lasciar del tutto addietro la nostra bisogna) quel mio credito, che da Cesare mi fu passato, ha tre modi da averlo: o per via di compra all' incanto [3] (io tolgo anzi di perderlo; quantunque, lasciando anche stare la brutta cosa che è, questo comprar medesimo io l'ho per un perdere [4]); o per voltar la detta ad un appaltatore, da pagarmela infra un anno [5] (qual sarà costui, del quale fidarmi? o quando verrà quest' anno di Metone? [6]); ovvero contentandomi del sei per cento [7], come toccò a Vetteno. Adunque *ci pensa.* Se non che io temo, non costui sulla faccia di incanto, ma fatti i giuochi, *voli colà* ad aiutare gli applausi, acciocchè un tal personaggio non sia *fischiato.* Ma *tu ci avrai l' occhio.*

CDXLV. (Ad Att. XII, 4)

Argumentum. Exponit quam difficile sit problema, Catonis laudationem scribere.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO ATTICO S.

O gratas tuas mihi, iucundasque literas! Quid quaeris? restitutus est mihi dies festus [1]. Angebar enim, quod Tiro, ἐνερευθέστερον te sibi esse visum, dixerat [2]. Addam igitur, ut censes, unum diem. Sed de Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est [3]. Non assequor, ut scribam, quod tui convivae non modo libenter, sed etiam aequo animo legere possint. Quin etiam, si a sententiis eius dictis [4], si ab omni voluntate, consiliisque, quae de re publica habuit, recedam, ψιλῶςque velim gravitatem, constantiamque eius laudare; hoc ipsum tamen istis odiosum ἄκουσμα sit [5]. Sed vere laudari ille vir non potest, nisi haec ornata sint: quod ille ea, quae nunc sunt et futura, viderit, et, ne fierent, contenderit, et, facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid est, quod Aledio probare possimus? [6] Sed cura, obsecro, ut valeas, eamque, quam ad omnes res adhibes, in primis ad convalescendum adhibe prudentiam.

CDXLV. (Ad Att. XII, 4)

Argomento. Espone quanto sia difficile da sciogliersi il problema, di scrivere l'elogio di Catone.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Oh che cara lettera! e quanto gioconda! basta? che io m'ho racquistato un giorno di festa [1]: conciossiachè io era in pena, perchè Tirone m'avea detto che tu gli eri paruto *un po' infiammatuzzo* [2]. Adunque, come tu vuoi, starò un giorno più. Quanto al Catone [3], egli è un *problema di Archimede*. Io non veggo via da scrivere cose che i tuoi convitati debbano poter leggere non sol volentieri, ma nè eziandio con pazienza [4]. Anzi, laddove io mi dipartissi dalle sentenze sue, da tutte cose che egli amò e consigliò in opera di Repubblica, e volessi lodare *grettamente* la gravità sua e la costanza, questo medesimo sarebbe *ad udir* mal gradito. Il vero è che quell'uomo non può lodarsi, se non amplificando coteste cose, avendo lui e le cose che ora accaggiono antivedute, e fatto ogni opera che non si facessero, e per non vederle fatte, gittato la vita. Ora di queste cose qual è quella che io potessi far ad Aledio [5] gradire? Ma fa, di grazia, fa di star bene; e quell'avvedimento che tu adoperi in tutte cose, in ispezieltà adoperalo a ben guarire.

CDXLVI. (Ad Div. IX, 6)

Argumentum. Scribit Caesaris adventum exspectari, quo autem loco nave exiturus sit, incertum esse. Familiaritatem suam cum Caesarianis excusat. Varronis rationem in literis vivendi laudat, seque eum ut possit, imitari profitetur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO VARRONI

Caninius noster me tuis verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset, quod putarem te scire oportere. Est igitur adventus Caesaris [1] in exspectatione; neque tu id ignoras. Sed tamen, quum ille scripsisset, ut opinor, se in Alsiense [2] venturum; scripserunt ad eum sui, ne id faceret; multos ei molestos fore [3], ipsumque multis; Ostiae [4] videri commodius eum exire posse [5]. Id ego non intelligebam, quid interesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, et se ad eum, et Balbum, et Oppium scripsisse, ut ita faceret; homines, ut cognovi, amantes tui. Hoc ego iccirco nosse te volui, ut scires, hospitium tibi ubi parares, vel potius utrobique [6]: quid enim ille [7] facturus sit, incertum est; et simul ostentavi tibi, me istis [8] esse familiarem, et consiliis eorum interesse. Quod ego cur nolim, nihil video. Non enim est idem, ferre, si quid

CDXLVI. (A Div. IX, 6)

Argomento. Scrive che si sta aspettando Cesare, ma che è incerto in qual luogo egli sbarcherà. Difende la sua dimestichezza co' Cesariani. Loda il modo di Varrone di passare la sua vita tra le lettere, e dichiara di volerlo imitare il meglio che può.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE A VARRONE

Il nostro Caninio mi fece assapere in tuo nome che ti dovessi scrivere, avendo io qualcosa che mi paresse da scriverti. Ecco dunque: si aspetta la venuta di Cesare [1], e ciò tu lo sai. Ma c'è altro: che avendo lui scritto di venire pel paese di Alsia [2], i suoi [3] ne lo sconfortarono; che quivi troverebbe molti che lo sconcerebbono, ed egli loro; ad Ostia parer loro lo sbarco più comodo; sebbene io non vegga che differenza passi da un luogo all'altro: e tuttavia mi disse Irzio ch'egli e Balbo ed Oppio gli aveano scritto che così facesse. Persone son questi che ti amano. Queste cose t'ho voluto dire, acciocchè tu sapessi dove ordinare per te l'albergo, o piuttosto per averlo presto qui e qua: imperocchè non si sa quello che egli vorrà fare; e nel tempo medesimo t'ho fatto vedere come io sono dimestico di tali persone, ed a parte de' loro consigli. La qual cosa non veggo perchè io non debba volerla: imperocchè altro è tollerare quello che siam forzati, ed altro

ferendum est; et probare, si quid probandum non est [9]. Etsi quid non probem? quid enim iam scio praeter initia rerum? [10] nam haec in voluntate fuerunt [11]. Vidi enim (nam tu aberas [12]) nostros amicos [13] cupere bellum; hunc [14] autem non tam cupere, quam non timere. Ergo haec consilii fuerunt: reliqua necessaria. Vincere autem aut hos, aut illos, necesse esse [15]. Scio te semper mecum in luctu fuisse, quum videremus [16], quam illud ingens malum alterius utrius exercitus et ducum interitu [17]; tum vero extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam [18], quam quidem ego etiam illorum [19] timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabantur [20]; eratque iis et tua invisa voluntas, et mea oratio [21]. Nunc vero, si essent nostri potiti, valde intemperantes fuissent. Erant enim nobis perirati, quasi quicquam de nostra salute decrevissemus [22], quod non idem illis censuissemus; aut quasi utilius rei publicae fuerit, eos etiam ad bestiarum [23] auxilium confugere, quam vel emori [24], vel cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere. — At in perturbata re publica vivimus. — Quis negat? sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subsidia ad omnes vitae status [25] paraverunt. Huc enim ut venirem, superior longius, quam volui, fluxit oratio. Quum enim te semper magnum hominem duxi [26]; tum quod his tempestatibus es prope solus in portu,

approvare quello che non si può. Quantunque io non veggo eziandio cosa che io non debba approvare, dal principio in fuori de' fatti presenti, essendo questo stato voluto. Imperocchè io ho veduto (non tu che eri fuori[4]) gli amici [5] nostri vogliosi di guerra; dove questi non tanto desiderarla, quanto non la temere. Il perchè questa fu cosa concertata; le altre, conseguenze necessarie: chè certo è giuocoforza che o questi o quelli tornino con vittoria. Io so che tu fosti meco sempremai addolorato, veggendo noi orribile piaga che avria ricevuto o l'uno o l'altro esercito, per la morte del suo Capo; e troppo più essere il sommo de' mali la vittoria in guerra civile. Ora io ne temea forte, eziandio vincendo gli amici nostri: da che egli fieramente minacciavano quelli che stavano indarno; e non poteano patire nè quello che tu volevi meglio, nè ciò che io diceva. Ma al presente, se i nostri avessero vinto, assai sfrenati sarebbono stati, essendo contro di noi pessimamente animati; come se noi avessimo procacciato alcuna via alla nostra salute, senza darla loro altresì; o come se più dovesse tornar utile alla Repubblica il ricoverarsi anch'essi sotto il favor delle fiere [6], di quello che o morire o vivere, se non a speranza di tutti i beni, almen di qualcuno. — Ma noi siamo in una Repubblica riversata. — Chi il nega? ma di ciò si pensino coloro che prima non si aveano riservato luoghi di ricovero per ogni stato della lor vita; al qual punto son io venuto con una volta di parole presa un po' troppo dalla lunga. Conciossiachè io ti ebbi sempre in opinione d'uom grande, ed ora più, perchè in queste procelle [7] tu se' forse solo nel porto, e cògli

fructusque doctrinae percipis eos, qui maximi sunt, ut ea consideres, eaque tractes, quorum et usus et delectatio est omnibus istorum et actis et voluptatibus [27] anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenses dies [28] instar esse vitae puto; libenterque omnibus omnes opes concesserim, ut mihi liceat, vi nulla interpellante, isto modo vivere. Quod nos quoque imitamur, ut possumus, et in nostris studiis libentissime conquiescimus. Quis enim hoc non dederit nobis, ut quum opera nostra patria sive non possit uti, sive nolit, ad eam vitam revertamur, quam multi docti homines, fortasse non recte, sed tamen multi, etiam rei publicae praeponendam putaverunt? Quae igitur studia, magnorum hominum sententia, vacationem habent etiam [29] publici muneris; iis, concedente re publica, cur non abutamur? [30] Sed plus facio, quam Caninius mandavit. Is enim, si quid ego scirem, rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro, quae tu melius scis, quam ipse, qui narro. Faciam ergo illud, quod rogatus sum, ut eorum, quae temporis huius sint, quae tua interesse audiero [31], ne quid ignores.

CDXLVII. (Ad Div. IX, 7)

Argumentum. Iam maturum esse ait, ut ab urbe discedat; et de Caesaris ex Africano bello redeuntis itinere diversos rumores nuntiat.

della tua sapienza que' frutti che vagliono un mondo, passandoti in meditare e trattare di quelle cose la cui utilità e 'l diletto è da porre innanzi a tutte le manne e delizie di cotestoro. In fede mia, questa tua vacanza nel Tusculano io la reputo una vera vita; e lascerei a tutti tutte le loro ricchezze, per poter (senza cosa che mi storpiasse) godermi sì fatti giorni. Nel che io altresì teco m' accompagno quel più che posso, riposandomi con infinito diletto ne' nostri studi. Imperocchè chi sarà mai che non ci doni licenza a questo: che, non potendo, o non volendo la patria pigliar di noi alcun servigio, noi ci torniamo a quel modo di vita che molti dotti uomini (forse non lodevolmente) ma molti però giudicarono da antiporre eziandio alla Repubblica? Or perchè adunque di quelli studi, i quali (a giudizio di grandi uomini) ci licenziano eziandio da' servigi del comune, non ci gioveremo noi, concedendolci essa Repubblica? Ma io travalico la commissione di Caninio: imperocchè egli m' avea raccomandato di dirti cosa che io sapessi, e tu no, ed io ti conto di quelle che tu sai meglio di me. Farò dunque, secondo che fui richiesto, di non lasciarti al buio di nulla di ciò che in questo tempo succeda, e che io vedrò calerti di sapere.

CDXLVII. (A Div. IX, 7)

Argomento. Dice che è giunto ormai il punto di allontanarsi dalla città; e gli significa essere varie le voci sul conto di Cesare che ritornava dalla guerra africana.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO VARRONI

Cenabam apud Seium, quum utrique nostrum [1] redditae sunt a te literae. Mihi vero iam maturum videtur [2]. Nam quod antea calumniatus sum, indicabo malitiam meam [3]. Volebam prope alicubi esse te [4], si quid bonae salutis [5], σύν τε δύ' ἐρχομένω [6]. Nunc, quando [7] confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis viris [8]. Nam ut audivi de L. Caesare F. [9], mecum ipse: *Quid hic mihi faciet patri?* [10] Itaque non desino apud istos [11], qui nunc dominantur, cenitare. Quid faciam? tempori serviendum est. Sed ridicula missa [12], praesertim quum sit nihil, quod rideamus:

Africa terribili tremit, horrida terra, tumultu [13].

Itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non verear. Sed quod quaeris, quando, qua, quo [14], nihil adhuc scimus. Istuc ipsum de Baiis [15], nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat [16]. Illud enim adhuc praedium suum non inspexit [17]: nec ullum habet deterius, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel iam sciemus. Adventat enim Dolabella. Eum puto magistrum fore [18].

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE A VARRONE

Io stava cenando in casa Seio [1], ed ecco tue lettere a me ed a lui. Orsù mi pare oggimai tempo [2]: imperocchè, quanto agli scrupoli testè avuti, ella fu una mia malizia. Io volea (caso che ci fosse rapportato qualcosa di buono) che tu o qui o qua non mi fossi discosto, *per essere insieme allo andare*. Ora, posciachè s'è fatto del resto, non è più a deliberare [3] che nol facciamo a piè e a cavallo [4]. Imperocchè, dopo aver inteso la cosa di L. Cesare il figliuolo [5], io dissi fra me: *Or che vorrà far egli con me, padre?* [6] Il perchè io non finisco mai d'esser a cena in casa di questi ora domini dominanzii. Che farei io altro? il mondo è da pigliar com' e' viene. Ma lasciamo il berteggiare, massime che e' c'è ben altro che da ridere:

In gran trambusto è l'africana terra [7].

Onde non c'è *bruscolo* che non mi faccia paura. Ma quanto alla tua dimanda, del quando, per qual parte, a qual luogo nulla fino a qui ne so io; e così eziandio circa Baia. Alcuni sospettano che forse per là Sardegna: chè quello è il solo suo podere che ancora non ha veduto; e non ne ha altro peggiore [8], e nondimeno nol gitta via. Io scommetterei che per la Sicilia; ma già il sapremo di corto, da che è qui Dolabella [9], il quale debbe essere mio maestro. *Molti furono i discepoli che entrarono innanzi a' maestri.* Tuttavia

Sed tamen, si sciam, quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas literas.

CDXLVIII. (Ad Div. IX, 5)

Argumentum. Probat et diem, quo conventuri sint, et suum Varronisque consilium, quod semel a Caesare victi ab armis discesserint.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Iunio.

CICERO VARRONI

Mihi vero ad Nonas [1] bene maturum videtur fore; neque solum propter rei publicae [2], sed etiam propter anni tempus. Quare diem istum [3] probo. Itaque eumdem [4] ipse sequar. Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non poeniteret [5], nobis poenitendum putarem. Secuti enim sumus non spem [6], sed officium: reliquimus autem non officium, sed desperationem. Ita verecundiores [7] fuimus, quam qui se domo non commoverunt; saniores, quam qui, amissis opibus [8], domum non reverterunt. Sed nihil minus fero, quam severitatem otiosorum [9]; et, quoquo modo se res habet [10], magis illos vereor [11], qui in bello occiderunt, quam hos curo, quibus non satisfacimus, quia vivimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic

sapendo io quello che tu abbi deliberato [10], m'accompagnerò piuttosto col tuo parere: adunque aspetto tue lettere.

CDXLVIII.
(A Div. IX, 5)

Argomento. Approva sia il giorno stabilito pel loro incontro, sia la sua risoluzione e quella di Varrone d'essersi, una volta vinti da Cesare, ritirati dalla guerra.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Giugno.

CICERONE A VARRONE

Appunto: a me pare a proposito che a' cinque; e ciò non solo per rispetto della Repubblica, ma e della stagione eziandio [1]. Adunque rimanga fermato quel dì: e però col dì medesimo starò anch' io. Del partito da noi preso io non crederei da pentirci [2], eziandio se coloro non se ne pentissero che nol seguitarono: imperocchè noi non mirammo a speranza, ma sì al dovere; e poi siamo partiti non dal dovere, ma dalla disperazione: onde fummo più riguardati di coloro che non cavarono piè di soglia, e più assennati degli altri che, perduta ogni cosa, non vollero ricondursi a casa. Ma quello che non posso patire, si è la burbanza di quelli che stettero colle mani in mano [3]; e (piglia la cosa come tu vuoi) io stimo più que' che in guerra morirono, di quello che io mi curi di costoro che di noi si mostrano mal contenti, perchè siam vivi. Se io avrò comodo di venire nel Tusculano prima de' sette, costì ti

te videbo: sin minus [12], persequar in Cumanum; et ante te certiorem faciam, ut lavatio [13] parata sit.

CDXLIX. (Ad Att. XII, 5)

Argumentum. 1 De Quinto filio Luperco; 2 de Catone suo; 3 de rebus argentariis; 4 de quaestionibus quibusdam historicis; 5 de Tirone Dolabellae obviam misso; 6 de aliis domesticis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Quint. init.

CICERO ATTICO S.

1 Quintus pater quartum, vel potius millesimum, nihil sapit [1], qui laetetur Luperco filio, et Statio [2], ut cernat duplici dedecore cumulatam domum. Addo etiam Philotimum tertium. O stultitiam, nisi mea maior esset, singularem! quod autem os, in hanc rem ἔρανον a te! [3] Fac, non ad διψῶσαν κρήνην, sed ad Πειρήνην eum venisse; sed ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ in te κρήνην [4], ut scribis, haurire; in tantis suis praesertim angustiis: ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει? [5] Sed ipse viderit.

2 Cato [6] me quidem delectat; sed etiam Bassum Lucilium sua [7].

3 De Caelio [8] tu quaeres, ut scribis: ego nihil novi. Noscenda est natura, non facultas modo [9]. De Hortensio et Virginio [10], tu si quid dubitabis;

vedrò; se no, ti raggiugnerò nel Cumano; e prima tel farò assapere, acciocchè il bagno sia in punto 4.

CDXLIX. (Ad Att. XII, 5)

Argomento. 1 Del figliuolo Quinto fatto Luperco; 2 del suo Catone; 3 di varii concerti co' banchieri; 4 di alcune questioni di storia; 5 di Tirone spedito incontro a Dolabella; 6 e di altre cose domestiche.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, sul principio del mese di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quinto il padre, per la quarta [1] o piuttosto per la millesima volta, è un cervel di gatta, facendosi bello del figliuolo e di Stazio Luperchi [2], e del veder così la famiglia disonorata di doppia infamia; e per terzo v'aggiungo Filotimo. O insensataggine singolare! se già non fosse maggiore la mia! 3 E che faccia da pallottola ha egli, da richieder te *di danaro* per questo conto! 4 Ma fa pure che egli non *sia venuto attignere a una fonte assetata*, ma a *Pirene* 5; anzi in te *possa bere alla fontana, veneranda respirazione di Alfeo* (come tu scrivi); massime in sì grave stretta che egli è. *A che riuscirà poi tutto questo?* Ma faccia egli.

2 Il mio Catone 6 a me piace; ma ed a Basso Lucilio gustano le cose sue 7.

3 Quanto a Celio, ti informerai tu (come scrivi); io nulla ho di nuovo 8. E' si vuol ben conoscere la natura delle monete 9, non pure il pregio. Anche t'informerai di Ortensio e di Virginio, se ne hai qualche

etsi, quid magis placeat, ego quantum aspicio, non facile inveneris. Cum Mustela [11], quemadmodum scribis, quum venerit Crispus. Ad Aulum scripsi, ut ea, quae bene nossem de auro, Pisoni demonstraret [12]. Tibi enim sane assentio, et istud nimium diu duci, et omnia nunc undique contrahenda [13]. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, facile perspicio; meisque negotiis impediri cupiditatem tuam ad me veniendi. Sed mecum esse te puto; non solum quod meam rem agis, verum etiam quod videre videor, quo modo agas: neque enim ulla hora tui mihi est operis ignota.

4 Tubulum praetorem video, L. Metello, Q. Maximo consulibus. Nunc velim, P. Scaevola pontifex maximus, quibus consulibus tribunus plebis. Equidem puto proximis, Caepione et Pompeio. Praetor enim P. Furio, Sex. Atilio. Dabis igitur tribunatum, et, si poteris, Tubulus quo crimine [14]. Et vide, quaeso, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, Censorinone et Manilio, an T. Quintio, M.' Acilio consulibus tribunus plebis fuerit [15]. Conturbat enim me in Bruti epitome Fannianorum [16], scriptum quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Laelii [17]: sed tu me γεωμετρικῶς refelleras; te autem nunc Brutus et Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio [18] sic accepe-

ombra; quantunque á voler meglio di costoro, sarebbe un cercare pane miglior che di grano. Tratterai con Mustela (secondo che scrivi), venuto che sia Crisippo. Ho scritto ad Aulo che facesse veder a Pisone che nell'opera dell'oro io sapea bene dove sta monna Luna: imperocchè io sono con te, che questa bisogna ne va nell'un via uno, e che al tutto è da guardar nel sottile. Or veggo io molto bene come tu niente altro fai, a niente pensi, se non alle cose mie; e che i miei affari impastoiano il tuo desiderio di venire a me. Ma io fo ragione d'averti meco, non solamente perchè tu ti dai a fare per lo ben mio, ma e perchè mi par vedere il modo che tu vi attendi: non passando ora che io non sappia quel che tu fai.

4 Io trovo Tubulo essere stato pretore co' consoli L. Metello e Q. Massimo [10]. Ora vorrei sapere con quali consoli sia stato tribun della plebe il sommo pontefice P. Scevola: io veramente credo con Cepione e Pompeo testè usciti: imperocchè fu pretore sotto P. Furio e Sesto Atilio. Mi noterai dunque l'anno che fu tribuno; e se ti venga trovato, di che colpa accusato. E sappimi dire eziandio (te ne priego) di Libone (quello che portò la legge contro Ser. Galba [11]), se sia stato tribun della plebe, consoli Censorino e Manilio, ovvero T. Quinzio e Manio Acilio. Imperocchè nell'epitome fatta da Bruto dell'istoria di Fannio [12] mi sconcia un luogo nel fine; il quale seguendo io, avea fatto questo Fannio, scrittor della storia, genero di Lelio; ma tu avevi *per filo e per segno* confutato me, ed ora te Bruto e Fannio; ed io, a giusta sicurtà di Ortensio,

ram, ut apud Brutum est. Hunc igitur locum expedies.

5 Ego misi Tironem Dolabellae obviam. Is ad me Idibus revertetur. Te exspectabo postridie.

6 De Tullia [19] mea tibi antiquissimum esse video: idque ita ut sit, te vehementer rogo. Ergo et in integro omnia: sic enim scribis. Mihi etsi Kalendae vitandae fuerunt [20], Nicasionumque ἀρχέτυπα [21] fugienda, conficiendaeque tabulae; nihil tamen tanti, ut a te abessem, fuit. Quum Romae essem, et te iam iamque visurum me putarem; quotidie tamen horae, quibus exspectabam, longae videbantur. Scis, me minime esse blandum: itaque minus aliquanto dico, quam sentio.

CDL. (Ad Div. IX, 16)

Argumentum. 1 Ostendit, nihil a se praetermissum in Caesarianorum concilianda sibi benivolentia; nec boni civis aut sapientis hominis officium in se desiderari posse. 2 Respondet iocationibus suis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Quint.

CICERO PAPIRIO PAETO S.

1 Delectarunt me tuae literae [1]; in quibus primum amavi [2] amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset [3]: de quo et tu

avea preso la cosa come Bruto la fa [13]. Adunque cavami di questo viluppo.

5 Mandai a scontrar Dolabella Tirone, che dee essere tornato alle idi; il dì appresso starò aspettando te.

6 Veggo che per conto di Tullia mia tu non puoi esser più caldo. Tiemmi sodo così; te ne prego quanto esser può. Adunque anche ogni mia cosa rimane in essere, scrivendolmi tu. Or quantunque io abbia dovuto cessar le calende, e fuggir *i calendarii* de' Nicasioni [14], e ordinar il libro de' conti, tuttavia niente valse per me tanto, che non ti volessi vedere. Essendo io in Roma, e pensando di esser con te d'ora in ora, tuttavia queste ore che ogni dì doveva aspettarti, mi si facevano giorni. Tu sai bene come io non sia punto lusinghiere: e però quel che dico si resta ben addietro da quello che sento.

CDL. (A Div. IX, 16)

Argomento. 1 Scrive di avere tentata ogni strada per cattivarsi l'affezione de' Cesariani, e che non ha mancato al dovere di buon cittadino e di uomo saggio. 2 Risponde in fine alle lepidezze di Peto.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, nel mese di Luglio.

CICERONE A PAPIRIO PETO S.

1 Gran diletto mi diedero le tue lettere. Innanzi tratto mi consolò l'amor tuo, che ti frugò a scrivermi, temendo non forse la novella da Silio [1] mandatami m'avesse posto in angustia; nel qual medesimo

mihi antea scripseras, bis quidem eodem exemplo [4], facile ut intelligerem, te esse commotum; et ego tibi accurate rescripseram, ut quoquo modo, in tali re atque tempore, aut liberarem te ista cura, aut certe levarem. Sed quando [5] proximis quoque literis ostendis, quantae tibi curae sit ea res; sic, mi Paete, habeto: quicquid arte fieri potuerit [6] (non enim iam satis est consilio pugnare: artificium quoddam excogitandum est), sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit, ad istorum [7] benivolentiam conciliandam et colligendam [8], summo studio me consecutum esse; nec frustra, ut arbitror. Sic enim color, sic observor ab omnibus his [9], qui a Caesare diliguntur, ut ab his me amari putem: tametsi [10] non facile diiudicatur amor verus, et fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, ut, quasi aurum igni [11], sic benivolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cetera sunt signa communia [12]. Sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo, vereque arbitrer [13] diligi, quia et nostra fortuna ea est [14], et illorum, ut simulandi causa non sit. De illo [15] autem, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam; nisi quod omnia sunt incerta, quum a iure discessum est [16]; nec praestari [17] quicquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen eius ipsius nulla re a

proposito e tu m'avevi scritto prima due volte alla fila nello stesso tenore (donde io ritrassi come tu eri commosso), ed io accuratamente t'avea risposto, per doverti (come meglio potessi) in siffatta bisogna e termine o liberare da questa pena, o almeno mitigarla. Ma posciachè eziandio nell'ultime lettere tu mostri, la detta cosa tenerti in sommo travaglio, stammi sicuro, il mio Peto, checchè per arte si fosse mai potuto conseguire (da che non basta usar del consiglio, ma qualche ingegno era da cavar fuori); checchè, dico, ad uom fu possibile porre in opera ed ottenere per conciliarmi e guadagnarmi la costoro benevolenza, tutto aver me per istudiosa opera conseguito; nè senza frutto, mi pare. Imperocchè io sono così corteggiato ed onorato da tutti questi ben voluti da Cesare, che io sto per credere che e' mi vogliano bene. Egli è vero che non così facilmente si conosce il finto amore dal vero, se non ci cada qualche peculiar occasione, con la quale (come dell'oro fa il fuoco) si possa la lealtà della benevolenza provare con qualche cimento (da che gli altri segni son cosa comune); ma io da questa ragione mi lascio ire a credere di essere con verità amato e da cuore; chè e la loro fortuna e la mia è sì fatta, da non dover dare cagione alcuna di fingere. Di colui poi, che ora può tutto che vuole, non veggo cosa che da temer sia, salvo questa, che tutto è incerto, quando le cose non si governano per giustizia; nè puote uom pigliar posta ferma di ciò che sarà, quando egli è posto nella volontà, per non dire nel libito altrui. Tuttavia io penso che quel medesimo non fu in nessuna

me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. Vt enim olim arbitrabar, esse meum libere loqui, cuius opera esset in civitate libertas [18]; sic, ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si vellem nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem [19], fama ingenii mihi esset abiicienda: quod, si possem [20], non recusarem. Sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium; et, ut Servius, frater tuus [21], quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret: Hic versùs Plauti non est, hic est; quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum, et consuetudine legendi: sic audio Caesarem, quum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων [22], si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere; quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone vario multa, quae fortasse illis, quum dixi, nec illiterata, nec insulsa esse videantur. Haec ad illum cum reliquis actis perferuntur: ita enim ipse mandavit. Sic fit, ut, si quid praeterea de me [23] audiat, non audiendum putet. Quam ob rem Oenomao tuo [24] nihil utor; etsi posuisti loco [25] versus Accianos. Sed quae est invidia? aut quid mihi nunc invideri potest? Verum fac esse omnia [26]. Sic video philosophis placuisse iis, qui mihi soli

cosa da me disgustato; conciossiachè in quel medesimo di che temi, io ho osservata somma moderazione: cotalchè, come io già reputava a me convenire di parlare liberamente, essendo stato io di questa libertà produttore a' miei cittadini; così al presente, essendo essa perduta, reputo di non dover nulla dire che possa dare scontento nè a lui, nè a quelli che egli ama. Ma se io volessi vietar le punture di qualche mio motto frizzante o faceto, e' mi converrebbe gittar via ogni fama d'ingegno [2]; e tuttavia, se così io il potessi ottenere, non vorrei cessarmi di farlo. Pensa per altro che Cesare è uomo di assai acuto giudizio; e, come Servio [3] tuo fratello (che io ebbi per uomo di sommo ingegno) diceva alla prima: Questo verso non è di Plauto; quest'altro, sì per l'usanza del leggere, e per aver le orecchie esercitatissime a notare ciascuno stile de' poeti: così sento dire che Cesare (avendo già scritto volumi *di bei motti*[4]), se nulla gli sia portato per mio che non sia, è solito rimandarnelo indietro; il che egli fa meglio al presente, per questo, che i suoi amici sono meco per poco ogni dì. Ora chiacchierando noi di mille cose, me ne vengono dette di molte che forse paiono loro di qualche odore di letteratura, e non iscipite. Queste sono a lui rapportate con le altre novelle, secondo che egli ordinò. E di ciò avviene che se, fuor da queste, gliene sien contate altre per mie, non dà loro orecchi. Per la qual cosa non fa per me punto il tuo Enomao [5], sebben tu allegastimi ben a luogo i versi di Accio: imperocchè qual luogo può aver l'invidia? di che posso io essere invidiato? Ma sia tutto che vuoi: io veggo questo solo, esser piaciuto a' filosofi, che soli mi paiono sapere quello che sia virtù;

videntur vim virtutis tenere [27], nihil esse sapientis praestare, nisi culpam [28]; qua mihi videor dupliciter carere: et quod ea senserim, quae rectissima fuerunt [29]; et quod, quum viderem praesidiis non satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis certe non sum reprehendendus. Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam [30] contra potentes. Id quoque puto esse sapientis. Cetera vero, quid quisque me dixisse dicat [31], aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum vivant ii, qui me assidue colunt et observant, praestare non possum. Ita fit, ut et consiliorum superiorum conscientia, et praesentis temporis moderatione me consoler; et illam Accii similitudinem modo non iam ad invidiam, sed ad fortunam transferam [32], quam existimo levem et imbecillam, et ab animo [33] firmo et gravi, tamquam fluctum a saxo, frangi oportere. Etenim quum plena sint monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syracusis [34], quum, servientibus suis civitatibus, fuerint ipsi quodam modo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam?

2 Nunc venio ad iocationes tuas, quando [35] tu secundum Oenomaum [36] Accii, non, ut olim so-

il sapiente di nulla altro dover guarentirsi che della colpa. Or di questa mi sento io libero da due lati: prima, perchè io non ebbi sentimenti mai, altro che santissimi; l'altra, perchè veggendo io di non aver tanto in mano da poterli mantenere, ho creduto di non dover far prova di forze con chi n'avea troppo più: il perchè, quant'è ad ufizio di buon cittadino, certo di nulla posso essere accusato. Resta ora che io mi tenga di nulla all'impazzata, o temerariamente dire nè fare contra chi ne puo più; e questo medesimo mi sembra essere di uom sapiente. Del resto, di quello che altri dica a lui, me aver detto, o del come il sere l'intenda, o quanta sia la lealtà di que' che di continuo mi corteggiano ed osservano, non posso star pagatore. Questo fa che io mi consolo e sopra la coscienza degli antichi miei sentimenti, e sopra la mia presente moderazione; e che la similitudine di Accio da te allegata, non solo non l'approprii alla invidia, sì la rivolga sopra la fortuna, la quale, come leggier cosa e fragile, contro un forte animo e grave, come flutti contro uno scoglio, penso dover rimanere fiaccata. Imperocchè, essendo piene le memorie greche, come sapientissimi uomini tollerarono i re o in Atene od in Siracusa; conservando essi nel servaggio de' lor cittadini, la lor libertà: non crederò io poter servare lo stato mio per forma, ch'io non disgusti nessuno, senza avvilire la mia dignità?

2 Vengo ora alle tue berte: da che tu, alla norma dell'Enomao di Accio, non, come già soleasi, hai intro-

lebat, Atellanum; sed, ut nunc fit, mimum introduxisti. Quem tu mihi popilium, quem denarium narras? [37] quam tyrotarichi patinam? Facilitate [38] mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego, et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros [39]. Puto enim te audisse, si forte ad vos omnia perferuntur, illos apud me declamitare, me apud eos cenitare. Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures [40], nihil est. Tum enim, quum rem habebas [41], quaesticulis te faciebam attentiorem [42]. Nunc, quum tam aequo animo bona perdas [43], non eo sis consilio, ut, quum me hospitio recipias, aestimationem [44] te aliquam putes accipere. Etiam haec levior est plaga ab amico, quam a debitore [45]. Nec tamen eas cenas quaero, ut magnae reliquiae fiant [46]: quod erit, magnificum sit, et lautum. Memini te mihi Phameae [47] cenam narrare. Temperius fiat [48], cetera eodem modo. Quod si perseveras me ad matris tuae cenam revocare [49], feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat ista, quae scribis, apponere, aut etiam polypum Miniani Iovis [50] similem. Mihi crede, non audebis. Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet: eam extimesces. Neque est, quod in promulside spei ponas aliquid [51]; quam totam sustuli. Solebam enim antea delectari [52] oleis, et lucanicis tuis. Sed quid haec

dotto un Atellano [6] ma un Mimo (come s'usa oggidì). Che popilio mi conti tu? che danaio [7], che piatto di *tirotarico?* Io fui già, per bonarietà, contento di siffatte vivande: ora è mutata la scena. Io ho Irzio e Dolabella discepoli nell'arte del dire, e maestri del desinare: da che tu dei aver saputo (se è vero che a voi sono riferite le cose tutte del mondo) come questi in casa mia s'esercitano nelle aringhe, ed io nella loro ne' pranzi. E non, fa, vedi, che tu mi giuri di non essere troppo grasso [8]: imperocchè, quando tu eri in far masserizia, io ti insegnava scorticare il pidocchio; ma al presente, che tu se' tanto paziente al perdere i tuoi beni, non ti ficcare in testa, ricevendomi a tavola, di aver a ricevere una qualche stima; quantunque questa puntonata sia da un amico più tollerabile, che da un debitore. Nè già per questo io dimando cene sì spante, che i rilievi se ne levino a corbe; ciò che vi sarà, sia magnifico e lauto. Io mi ricordo delle cene di Famea [9], che tu mi contavi; salvo che più a buon'ora tutto il resto sia di quella taglia. Che se tu mi segua pur tempestando che io venga a cena da tua madre, m'acconcerò anche a questo: da che vo' star a vedere se tu sii da tanto di pormi innanzi i serviti che tu mi scrivi, od anche un polipo [10] del color di Giove Miniano. Credimi: non sarai da tanto. Prima ch'io venga, ti arriverà la fama della nuova mia splendidezza, e dovrai tremarne. E non isperar già di uscir d'impaccio con gli antipasti [11]; chè gli ho tutti aboliti; quantunque prima era solito dilettarmi di olive e de' tuoi salsicciotti. Ma che dico io più? sola-

loquimur? liceat modo isto [53] venire. Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum sumtum afferam, quod balneum calfacias [54] oportebit; cetera more nostro; superiora illa lusimus. De villa Seliciana [55] et curasti diligenter, et scripsisti facetissime. Itaque puto me praetermissurum. Salis enim satis est, sannionum parum [56]. Vale.

CDLI. (Ad Div. IX, 18)

Argumentum. Causas exponit, cur ludum quasi eloquentiae aperuerit, aliosque declamando coeperit exercere. Addit nonnulla per iocum de cenarum lautitia.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Iun. exeunte.

CICERO L. PAPIRIO PAETO S.

Quum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos [1] obviam miseram, ut [iidem] me quam maxime conciliarent familiari suo; accepi tuas literas plenissimas suavitatis; ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod, ut Dionysius tyrannus, quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse [2]; sic ego, sublatis iudiciis, amisso regno forensi [3], ludum quasi habere coeperim. Quid quaeris? me quoque delectat consilium. Multa enim consequor: primum id, quod maxime nunc opus est, munio me ad haec

mente possa io venire costà; e tu (da che voglio cavarti questa paura) ti rimetti pure al tuo vecchio *tirotarico*: io non ti son per dare altra spesa, se non della stufa che farai scaldare; il resto, come siam soliti: assai s' è detto di baie. Quanto alla casa Seliciana, buona opera hai fatto, e scrittami facetissimamente: onde io penso di ritirarmene; imperocchè di sale ho io assai [12]; poco di Zanni. A Dio.

CDLI (A Div. IX, 18)

Argomento. Spiega i motivi che gli han fatto aprire una scuola d'eloquenza, e indotto ad esercitare scolari alla doclamazione. Aggiugne alcun che per ischerzo sulla splendidezza delle cene.

Scritta nel Tusculano l' anno DCCVII, sul finir di Giugno.

CICERONE A L. PAPIRIO PETO S.

Essend' io senza far nulla nel mio Tusculano (chè avea mandato i discepoli [1] a scontrar il Messere, acciocchè quanto più potesse essere, mi mettessero in grazia del loro amico), ricevetti tue lettere schietto mele; dalle quali ho trovato come ti era entrato il mio divisamento, che io, come Dionisio [2] tiranno, essendo cacciato di Siracusa, aperse scuola in Corinto, abbia altresì (essendomi tolti i giudizi, e perduto il regno forense) cominciato tenere una scuola. Che ne vuo' tu altro? questo divisamento diletta anche a me: da che ne cavo di molti beni. In prima (quello che ora troppo mi fa bisogno) mi fornisco d'aiuti incontro a'

tempora [4]. Id cuiusmodi sit [5], nescio: tantum video, nullius adhuc consilia me huic anteponere; nisi forte mori melius fuit. In lectulo, fateor; sed non accidit: in acie non fui [6]. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius foede perierunt [7]: at Cato praeclare [8]. Iam istuc quidem, quum volemus, licebit. Demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit [9]: id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud: ipse melior fio; primum valitudine, quam, intermissis exercitationibus, amiseram; deinde ipsa illa, si qua fuit in me, facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. Extremum illud est, quod tu nescio an primum putes. Plures iam pavones confeci [10], quam tu pullos columbinos. Tu istic te Ateriano iure [11] delectato; ego me hic Hirtiano. Veni igitur, si vir es, et disce [12] προλεγομένας, quas quaeris: etsi sus Minervam [13]. Sed quando, ut video, aestimationes tuas [14] vendere non potes, neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est. Satius est hic cruditate, quam istic fame [15]. Video, te bona perdidisse: spero idem istic [16] familiares tuos. Actum igitur de te est, nisi provides. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, quando cantherium comedisti [17], Romam pervehi. Sella tibi erit in ludo, tamquam hypodidascalo, proxima. Eam pulvinus sequetur [18].

tempi presenti. Questo consiglio sia buono o no, nol so dire: sì conosco che fino ad ora non ho consiglio di chicchessia da mettergli innanzi; se già non era meglio il morire: nel mio letticciuolo, il confesso; ma non mi venne fatto. Non fui a fatto d'arme [3]. Veramente altri, cioè Pompeo [4], il tuo Lentulo, Scipione, Afranio finirono con vergogna. Catone però con gloria. Or questo, quando voglia ce ne venga, non ci fallirà. Solamente veggiamo al presente, di non abbatterci a tanta necessità, come colui; al che diamo opera. Or questo è il primo bene. L'altro, io ne acquisto; prima nella sanità, la quale per gli interrotti esercizi ho perduta; l'altra, quella medesima facoltà di parlare (se alcuna ne ebbi mai), a non ricondurmi a questi esercizi, sarebbe consunta. L'ultimo, il qual tu forse crederai da mettere nel primo luogo, io mi sono scuffiato più pavoni, che piccioni tu non hai fatto. Tu goditi pure costì il brodo di Aterio, io qui quello di Irzio. Vien qua adunque, se tu se' un uomo, e impara i *prolegomeni* che tu cerchi [5]; quantunque sia il porco a Minerva. Ma posciachè, come veggo, tu non puoi vendere le tue stime, nè riempiere il tuo salvadanaio [6], fie meglio che torni a Roma. Egli è meglio patir qui d'indigestione, che di fame costì. Ti veggo già condotto sul lastrico, e il medesimo dubito de' tuoi amici. Dunque tu se' al lumicino se non metti riparo. Tu puoi sopra cotesto mulo che tu di' esserti rimaso, avendo mangiato il cavallo, farti portare a Roma. Qui avrai una sedia nella mia scuola, come sottomaestro, allato alla mia; e non mancherà piumacciuolo.

CDLII. (Ad Div. VII, 3)

Argumentum. Exponit quibus rationibus adductus post pugnam Pharsalicam bello abstinuerit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Quintili.

M. T. CICERO M. MARIO [1] S. D.

Persaepe mihi cogitanti de communibus miseriis, in quibus tot annos versamur, et (ut video) versabimur [2], solet in mentem venire illius temporis [3], quo proxime fuimus una: quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam a. d. III Idus Maias, Lentulo et Marcello consulibus [4], quum in Pompeianum vesperi venissem, tu mihi solicito animo praesto fuisti. Solicitum autem te habebat [5] cogitatio tum officii, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio deessem [6]: si proficiscerer ad bellum, periculum te meum commovebat. Quo tempore vidisti profecto me quoque ita conturbatum [7], ut non explicarem, quid esset optimum factu. Pudori tamen malui famaeque cedere [8], quam salutis meae rationem ducere. Cuius me mei facti poenituit, non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, quae ibi [9] offendi, quo veneram. Primum neque magnas copias, neque bellicosas [10]; deinde, extra ducem, paucosque praeterea (de principibus loquor), re-

CDLII. (A Div. VII, 3)

Argomento. Espone per quali ragioni siasi ritirato a casa dopo la battaglia farsalica.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Luglio.

M. T. CICERONE A M. MARIO S.

Ripensando io (come fo molto spesso) delle comuni miserie [1], nelle quali per tanti anni [2] ci andiamo e (come veggo) ci verrem ravvolgendo [3], mi suole tornar a memoria quel tempo che l'ultima volta noi fummo insieme; anzi il giorno per punto ne ho fitto in mente. Imperocchè a' 13 di maggio, consoli Lentulo e Marcello, essend' io al vespero venuto nel Pompeiano, tu fosti da me tutto angosciato; angosciato, dico, pensando sì del dovere e sì del pericolo mio. Restandom' io in Italia [4], tu temevi non fosse un mancar al dovere; andando alla guerra, tu eri in pena del mio pericolo. E certo quel dì medesimo tu vedesti anche me riversato: cotalchè non sapea diffinire quello che a far fosse il meglio. Volli tuttavia anzi cedere al pudore e alla fama, che tener conto di mia salute. L'ho fatto; e non tanto ne fui pentito per ragion del pericolo, quanto per le molte male cose che trovai là dove io m'era condotto. La prima cosa, nè gran fatto di truppe, nè atte alla guerra [5]; appresso, dal generale in fuori e da pochi altri (de' primarii dico), il resto, prima nell'atto

liqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles [11], ut ipsam victoriam horrerem; maximum autem aes alienum amplissimorum virorum [12]. Quid quaeris? nihil boni, praeter causam. Quae quum vidissem, desperans victoriam, primum coepi suadere pacem, cuius fueram semper auctor: deinde, quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret [13]. Hoc interdum probabat, et in ea sententia videbatur fore, et fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna [14] coepisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus nullus imperator fuit [15]. Signa, tirone et collectitio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit [16]. Victus turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci [17]; nec putavi, quum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deveniendum in victoris manus, aut ad Iubam [18] confugiendum, aut capiendus tamquam exsilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Certe [19] nihil fuit praeterea, si te victori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis, quae dixi, incommodis, nihil tolerabilius exsilio, praesertim innocenti; ubi nulla adiuncta est turpitudo: addo etiam, quum ea urbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Ego cum

della guerra ladroni [6]; nel parlar poi tanto crudeli, che essa vittoria mi metteano in orrore; i nobilissimi personaggi poi falliti de' debiti. Che più? eccetto la causa, nulla di buono. Veduto le quali cose, disperato di vincere, prima di tutto, cominciai persuadere alla pace (della qual sempre era stato consigliatore); appresso, veggendone troppo lontano Pompeo, misi mano a persuadere che la guerra fosse menata in lungo. Questo partito cominciava a piacergli; e facea sperare di doverlo afferrare; e forse l'avrebbe fatto, se non fosse che dopo certa battaglia [7] egli cominciò a pigliar baldanza de' suoi soldati. Da quel tempo innanzi quel sommo uomo riuscì generale da nulla; volle venire alle mani con un esercito nuovo e ricogliticcio, contro il maggior nerbo delle legioni; vinto vergognosissimamente, perduto fino al campo, fuggì solo nato. A questo termine ho fatto punto alla guerra; nè giudicai dover noi vincere essendo disfatti, quando essendo in istato di forze non potemmo pur tener fronte. Mi sottrassi da tale guerra, nella quale o conveniva morir nella zuffa, o esser còlto da qualche agguato, o venire a mano del vincitore, o avere ricorso a Giuba [8], o pigliar posta in esilio, o volontariamente darsi la morte. Certo niente fuor da queste cose restava, qualora tu o non volessi o non osassi commetterti al vincitore. Ora di tutte le sopraddette miserie, non n'era alcuna più tollerabile dell'esilio, massime ad un innocente; nel qual caso nulla ha di che vergognarsi; ed aggiungo eziandio, essendo fuor d'una patria, nella quale non sia cosa da poter vederla senza dolore. Io

meis [20] (si quicquam nunc cuiusquam est) etiam in meis esse malui. Quae acciderunt, omnia dixi futura [21]. Veni domum, non quo optima [22] vivendi conditio esset; sed tamen, si esset aliqua forma rei publicae [23], tamquam in patria ut essem; si nulla, tamquam in exsilio. Mortem mihi cur consciscerem, causa nulla visa est; cur optarem, multae [24]. Vetus est enim: *ubi non sis qui fueris, non esse cur velis vivere.* Sed tamen vacare culpa, magnum est solatium: praesertim quum habeam duas res, quibus me sustentem; optimarum artium scientiam, et maximarum rerum gloriam: quarum altera mihi vivo numquam eripietur; altera ne mortuo quidem. Haec ad te scripsi verbosius, et tibi molestus fui [25]; quod te quum mei, tum rei publicae cognovi amantissimum. Notum tibi omne meum consilium esse volui, ut primum scires, me numquam voluisse plus quemquam posse, quam universam rem publicam. Postea autem, quam alicuius [26] culpa tantum valeret unus, ut obsisti non posset, me voluisse pacem; amisso exercitu, et eo duce, in quo spes fuerat uno, me voluisse etiam reliquis omnibus [27]; postquam non potuerim, mihi ipsi [28] finem fecisse belli: nunc autem, si haec civitas est, civem esse me; si non, exsulem esse non incommodiore loco, quam si Rhodum, aut Mitylenas contulissem [29]. Haec tecum coram malueram: sed quia longius fiebat, vo-

dunque ho eletto di vivere co' miei (se mio può dire ora nessuno), e ne' miei luoghi altresì. Tutte le cose che avvennero ho io antivedute. Son venuto a casa, non perchè io avessi come poterci stare splendidamente, ma (se ci fosse qualche vestigio di Repubblica) per dimorarvi come in patria; se no, come in esilio. Di darmi la morte non ne ho veduto cagione; di desiderarla, ben molte: da che, secondo quel detto antico, *dove tu non possa mantenere tuo stato, non c'è ragione di voler vivere.* Tuttavia l'aver netta la coscienza è grande conforto; massimamente avendo io due cose che mi rincorano: la scienza di bellissime arti, e la gloria di splendidissimi fatti; delle quali la prima nessun mi torrà, me vivo; l'altra, nè morto. Queste cose t'ho scritto un po' a lungo, e t'ho data questa molestia, conoscendoti di me e della Repubblica tenerissimo. Ho voluto che tu sapessi ogni mio divisamento: prima, come io non ho mai consentito che uomo avesse più potenza della intera Repubblica; ma posciachè è avvenuto che uno (per colpa di chicchessia 9) acquistasse tanto di forza da non potergli resistere, io ho procurata la pace; che perduto l'esercito e quel generale, in solo il quale dimorava ogni nostra speranza, io l'ho procurata eziandio a tutti gli altri; e che, non avendo potuto ottenerla, ho fermato a me medesimo il fine del guerreggiare; finalmente, che (se questa è città) io ci sono per cittadino; se no, per isbandeggiato in luogo non più disagiato, che se mi fossi condotto a Rodi o a Mitilene 10. Queste cose medesime io avrei amato meglio sporre fra te e me; ma perchè la cosa andava troppo alla lunga, volli stenderle in let-

lui per literas eadem; ut haberes quod [30] diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. Sunt enim, qui, quum meus interitus nihil fuerit rei publicae profuturus, criminis loco putent esse, quod vivam. Quibus [31] ego certo scio non videri satis multos perisse; qui, si me audissent, quamvis iniqua pace, honeste tamen viverent. Armis enim inferiores, non causa fuissent. Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris. Ego, si, quae volo, expediero, brevi tempore te, ut spero, videbo.

CDLIII. (Ad Att. XII, 6)

Argumentum. 1 De auro a Caelio permutando; 2 de Tyrannionis libro ad Atticum misso; 3 de loco in Ciceronis Oratore corrigendo; 4 de Caesaris ad Atticum literis; 5 de Atticae invalitudine.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVII, M. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 De Caelio, vide, quaeso, ne qua lacuna sit in auro [1]. Ego ista non novi: sed certe in collybo est detrimenti satis [2]. Huc aurum si accedit... [3] Sed quid loquor? tu videbis. Habes Hegesiae genus [4], quod Varro laudat.

2 Venio ad Tyrannionem. Ain' tu? verum hoc

tere, per metterti in bocca quello che tu avessi a rispondere (ad un bisogno) a' miei morditori. Imperocchè ci ha di quelli i quali, senza veder nulla di bene che alla Repubblica avesse dovuto portar la mia morte, mi impongono a delitto il mio vivere: a costoro dee per fermo parere que' che morirono, troppo essere stati pochi; i quali, a credere a me, ora (sebbene a patti irragionevoli) vivrebbono in pace onesta, da che avrebbono perduta una battaglia, non la ragione. Tu hai lettera forse più lunga che non avresti voluto: e così crederò io che tu pensi, se non me ne riscriva una più lunga. Spacciato che io mi sia di alcune cose che mi premono, spero vederti in breve.

CDLIII. (Ad Att. XII, 6)

Argomento. 1 Della permuta d'oro intavolata con Celio; 2 del libro di Tirannione mandato ad Attico; 3 del passo da correggersi nell'Oratore di Cicerone; 4 delle lettere di Cesare ad Attico; 5 della malattia di Attica.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVII, nel mese di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Per conto di Celio, vedi bene (ti prego) non forse nell'oro non sia mondiglia. Io non mi conosco di tali cose; ma so per altro che e' dee bastare il danno che porta il cambio; a questo aggiugnendosi che l'oro... Ma che parlo io? fa tu: tu hai ora il modo dello scriver di Egesia [1] lodato da Varrone.

2 Vengo a Tirannione. Di' tu vero? così era da fa-

fuit? sine me?[5] At ego quoties, quum essem otiosus, sine te tamen nolui? Quo modo hoc ergo lues? uno scilicet, si mihi librum miseris: quod ut facias, etiam atque etiam rogo: etsi me non magis liber ipse delectabit, quam tua admiratio delectavit. Amo enim πάντα φιλόδημον[6]: teque istam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum esse, gaudeo: etsi tua quidem sunt eiusmodi omnia[7]. Scire enim vis, quo uno animus alitur. Sed, quaeso, quid ex ista acuta et gravi[8] refertur ad τέλος? Sed longa oratio est, et tu occupatus, in meo quidem, fortasse aliquo negotio[9]. At pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem, unctumque repetemus[10]. Sed ad prima redeo. Librum, si me amas, mitte. Tuus est enim profecto, quoniam quidem est missus ad te[11].

3 Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi[12],

ut etiam Oratorem legas? Macte virtute! mihi quidem gratum; et erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli[13].

4 Caesar autem mihi irridere visus est *quaeso illud tuum*[14], quod erat εὐτινὲς et urbanum. Ita porro te sine cura esse iussit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolleret.

5 Atticam doleo tam diu[15]: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse, ut volumus.

re? leggerlo senza di me? Pure io (e non aveva altro che fare) quante volte avrei potuto, e non volli, senza di te! Or come credi tu lavar questa colpa? ecco solo modo: mandandomi il libro; di che mille volte ti prego. Quantunque maggior diletto non mi darà esso libro, che s'abbia fatto la tua ammirazione: conciossiachè io amo *tutto ciò che sente di popolare* [2]: e però il veder sì grande la tua ammirazione di sì tenue *dottrina* mi rallegra. Quantunque in fatti in tutte le cose tu se' così fatto, che ami pur di sapere; che è il solo nutrimento dell'animo. Ma dimmi: quella sì grave ed acuta dottrina che mi farebbe a' miei *fini?* [3] Ma troppo avrei a dirne; e tu se' occupato forse (scommetto) in qualche affar mio. Ma per cotesto sole asciutto che tu ti godesti nel mio praticello, ne averò da te uno ben lucido ed unto [4]. Ma torniamo a proposito. Mandami il libro, se m'ami; chè certo egli è tuo, quando a te fu mandato.

3 *O Cremete, tanto tempo t'avanza delle tue faccende*, che tu possa anche leggere l'Oratore? [5] Bravo; capperi! egli m'è cara cosa cotesta; e mi sarà anche più, se non solo nelle tue copie, ma e in quelle degli altri tu, per opera de' tuoi scrivani, riponga, in luogo di Eupoli, Aristofane [6].

4 Ora Cesare mi dimostrò di voler la baia di quel tuo *quaeso* [7], che certo era *elegante* e gentile: tuttavia egli vuole che tu non te ne dia pena; e 'l fa per modo che a me medesimo ne tolse ogni dubbio.

5 Mi duol d'Attica che peni tanto a riaversi; ma poscia che ella non ha i brividi, ne spero bene.

CDLIV. (Ad Div. IX, 19)

Argumentum. Scripserat Paetus, Balbum tenui apparatu fuisse contentum: unde iocatur, malitiose haec dici, ut se quoque ad eamdem aut minorem continentiam devocaret.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sext.

CICERO L. PAPIRIO PAETO S. D.

Tamen a malitia [1] non discedis. Tenuiculo [2] apparatu significas Balbum fuisse contentum. Hoc videris dicere, quum reges [3] tam sint continentes, multo magis consulares esse oportere. Nescis, me ab illo omnia expiscatum; recta enim a porta domum meam venisse [4]. Neque hoc admiror, quod non suam potius; sed illud, quod non ad suum [5]. Ego autem primis tribus verbis: « Quid noster « Paetus? » At ille adiurans [6], « nusquam se « umquam libentius [7]. » Hoc si verbis assecutus es, aures ad te afferam non minus elegantes [8]: sin autem obsonio, peto a te, ne pluris esse balbos, quam disertos, putes [9]. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, si me expediero, ut in ista loca [10] venire possim, non committam, ut te sero a me certiorem factum putes.

CDLIV. (A Div. IX, 19)

Argomento. Aveva scritto Peto, che Balbo era stato contento di una mensa più che frugale; e però scherzando scrive che questo gli era stato detto maliziosamente per tirare anche lui alla stessa frugalità, o anche minore.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Agosto.

CICERONE A L. PAPIRIO PETO S.

E tu pur mi continui così malizioso [1]. Mi conti come Balbo fu contento di un po' di pranzo lesto lesto. Mostri di voler dirmi: Se i re [2] sono tanto frugali, quanto più convengono essere i consolari? — Or tu non sai tu come io ho da lui spillato ogni cosa: da che egli venne dalla porta difilato a casa mia; e non mi maraviglio già che egli non sia venuto piuttosto alla sua, sì che non al suo. Queste dunque furono le tre prime parole: Che novelle del nostro Peto? — Ed egli saramentarsi che in nessun luogo del mondo più volentieri. Ora se questo hai tu guadagnato con le parole, io non recherò a te orecchie meno squisite; se poi co' serviti, ti prego che tu non voglia tener più in conto i balbi [3] che gli eloquenti. Io sono ogni dì ritenuto da una fila di brighe; ma se arrivo a spacciarmene, sì che io possa muovermi per costà, ti prometto, non dirai ch'io sia stato tardi ad avvisartene.

CDLV. (Ad Div. IX, 17)

Argumentum. Quum Caesar militibus agros divisurus diceretur; Paetus metuens, ne divisio ad suos quoque agros pertineret, rogaverat Ciceronem, ut sibi quod de hoc negotio sciret vel futurum putaret, perscriberet. Cicero respondet, se de isto periculo certi nihil scire, nec adhuc quicquam audisse, ferenda tamen arbitrari quaecumque acciderint.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sextili.

CICERO L. PAPIRIO PAETO S.

Non [1] tu homo ridiculus es, qui, quum Balbus noster apud te fuerit, ex me quaeras, quid de istis municipiis et agris [2] futurum putem? quasi aut ego quicquam sciam, quod iste nesciat; aut si quid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Immo vero, si me amas, tu fac, ut sciam, quid de nobis futurum sit. Habuisti enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses [3]. Sed ego ista, mi Paete, non quaero: primum quia de lucro prope iam quadriennium vivimus [4]; si aut hoc lucrum est, aut haec vita, superstitem rei publicae vivere: deinde, quod scire quoque mihi videor, quid futurum sit. Fiet enim quodcumque volent, qui valebunt: valebunt autem semper arma. Satis igitur nobis esse

CDLV. (A Div. IX, 17)

Argomento. Sulla voce sparsa che Cesare dovea dividere i campi ai soldati, Peto temendo che anche i suoi venissero divisi, avea pregato Cicerone che gli dicesse quel tanto che ne sapeva, o prevedeva che fosse. Cicerone risponde che di questo pericolo nulla ancora sapeva di certo, nè aveva udito alcun che; che tuttavia pensava di portare in pace qualunque cosa fosse per accadere.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Agosto.

CICERONE A L. PAPIRIO PETO S. [1]

Or non se' tu un barbagianni? che avendo avuto in casa il nostro Balbo [2], dimandi a me quello che tu debba aspettarti di cotesti municipii e poderi? [3] come se io nulla potessi sapere, che cotestui non lo sappia; o quasi come, se io nulla so, non sia solito averlo appunto da lui. Anzi vo' dirti: se tu mi vuoi bene, fa tu che io sappia quello che io me ne debba aspettar io. Conciossiachè tu lo avesti a tua posta da potere da lui spillare la cosa; se non nel tempo che egli era sobrio, almeno da lui avvinazzato. Se non che, di queste cose non cerco io, il mio Peto: prima perchè questi forse quattro anni [4] che son vissuto, li tengo in dono (se però dono può dirsi questo, o vita cotesta, il sopravvivere alla Repubblica); l'altra, perchè sottosopra mi par di vedere quel che sarà: imperocchè sarà ogni cosa che vorranno quelli che più potranno; e potranno certamente le armi. Il perchè noi convegnamo esser con-

debet, quicquid conceditur. Hoc si qui pati non potuit, mori debuit [5]. Veientem quidem agrum et Capenatem metiuntur. Hoc [6] non longe abest a Tusculano. Nihil tamen timeo: fruor dum licet; opto, ut semper liceat. Si id minus contigerit, tamen, quando [7] ego vir fortis, idemque philosophus, vivere pulcherrimum duxi, non possum eum [8] non diligere, cuius beneficio id consecutus sum. Qui si cupiat esse rem publicam, qualem fortasse et ille vult, et omnes optare debemus; quid faciat tamen, non habet; ita se cum multis colligavit [9]. Sed longius progredior: scribo enim ad te. Hoc tamen scito, non modo [10] me, qui consiliis non intersum, sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit. Nos enim illi servimus; ipse temporibus. Ita nec ille, quid tempora postulatura sint; nec nos, quid ille cogitet, scire possumus. Haec tibi antea non rescripsi [11], non quo cessator esse solerem, praesertim in literis; sed, quum explorati nihil haberem, nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscribam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de isto periculo [12] nihil audisse. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quaecumque erunt [13].

tenti di quello che ci è conceduto: a ciò se alcuno non potè accomodarsi, ben fece a morire. Veramente si misura al presente il tener di Veia e di Capena (che non è di lungi dal Tusculano). Tuttavia nulla temo; io mel godo finchè m'è lasciato, e vorrei fosse sempre: caso che no, ad ogni modo (poscia che io, uom forte, io filosofo, ho giudicato il vivere per la più bella cosa del mondo) non posso non amare colui, la mercede del quale io son vivo. Or egli, se desideri rimettere la Repubblica, come forse egli la vuole e tutti dobbiamo desiderare, non ha tuttavia come farlo: così egli con troppi s'è impastoiato. Ma io passo i termini, parlando a te. Nondimeno questa cosa mi credi: non solamente io, che non sono a parte de' suoi consigli, ma nè esso principe non sa quello che sia per essere. Noi serviamo a lui; egli a' tempi: così nè egli quello che vogliano i tempi, nè quello che pensi egli possiam saper noi. Queste cose non ti risposi prima d'ora; non perchè io il più sia un fuggifatica, massime in lettere, ma perchè non avendo nulla di fermo, non volli nè col mio dubitare apportarti pena, nè speranza dandolti per sicuro. Una cosa però aggiungo (ed è verissima), che io fino al presente nulla ho sentito del pericolo che tu mi scrivi. Tuttavia tu, saggio come sei, dovrai desiderare il meglio, immaginare il peggio, e sopportare checchè voglia essere.

CDLVI. (Ad Div. IX, 20)

Argumentum. Iocatur, se Epicureum factum, abiecta rei publicae cura, ideoque lautius, quam antea accipiendum esse. Deinde rationes suae vitae et studiorum perscribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sextili.

CICERO PAETO

Dupliciter delectatus sum tuis literis, et quod ipse risi, et quod te intellexi iam posse ridere. Me autem a te, ut scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli [1]. Illud doleo, in ista loca venire me [2], ut constitueram, non potuisse. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem [3]. At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere [4]. Integram famem ad ovum affero [5]. Itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur [6]. Illa mea [7], quae solebas antea laudare: o hominem facilem! o hospitem non gravem! abierunt. Nam omnem nostram de re publica curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum [8], abiecimus: in Epicuri nos, adversarii nostri, castra coniecimus [9]: nec tamen ad hanc insolentiam [10], sed illam tuam lautitiam, veterem dico, quum in sumtum habebas [11]: etsi numquam plura praedia

CDLVI. (A Div. IX, 20)

Argomento. Scherza che si è fatto Epicureo abbandonando del tutto la cura della Repubblica, e che per conseguenza dee essere ricevuto con più splendidezza. Dopo descrive il metodo della sua vita e de' suoi studi.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Agosto.

CICERONE A PETO

Le tue lettere mi fecero ridere da due lati: prima, perchè io medesimo ho riso; l'altra, perchè ho conosciuto che eziandio tu potevi ridere. Quanto poi all'avermi tu caricato di pomi come un velite [1] buffone, non l'ebbi per male. Di questo mi duole, che avend'io proposto di venire in cotesto luogo, non ho potuto: chè certo tu avresti avuto non un ospite, ma un camerata. Ma di che fatta uom pensi tu? non miga quello che tu eri solito di mandar satollo d'un antipasto: con fame fresca io vengo alle uova [2], e così seguo macinare a due palmenti, fino all'arrosto di vitello [3]. Que' miei pregi (che tu già solevi levare a cielo, dicendo: Oh! uom di poca contentatura! oh ospite di nessun costo!) sono andati in dileguo. Imperocchè tutto il mio studio della Repubblica, ogni pensiero circa il dir mio parere in Senato, e lo studiar delle cause, mel sono gittato dietro, e cacciatomi fra l'esercito del mio nemico Epicuro [4]; non però fino allo sfoggio di oggidì [5], ma a quella tua lautezza; della vecchia m'intendo dire, quando tu avevi che spendere: quantunque per altro

habuisti [12]. Proinde te para: cum homine et edaci tibi res est, et qui iam aliquid intelligat [13]. Ὀψιμαθεῖς autem homines [14] scis quam insolentes sint. Dediscendae tibi sunt sportellae, et artolagani tui [15]. Nos iam artis tantum habemus [16], ut Verrium tuum [17], et Camillum (qua munditia homines! qua elegantia!) vocare saepius audeamus. Sed vide audaciam. Etiam Hirtio cenam dedi, sine pavone tamen [18]. In ea cena coquus meus praeter ius fervens nihil potuit imitari [19]. Haec igitur est nunc vita nostra. Mane salutamus domi et bonos viros multos, sed tristes, et hos laetos victores [20]; qui me quidem perofficiose, et peramanter observant. Vbi salutatio defluxit, literis me involvo, aut scribo, aut lego. Veniunt etiam qui me audiant [21], quasi doctum hominem, quia paullo sum, quam ipsi, doctior. Inde corpori omne tempus datur. Patriam eluxi iam et gravius et diutius, quam ulla mater unicum filium. Sed cura, si me amas, ut valeas; ne ego, te iacente [22], bona tua comedim [23]. Statui enim tibi ne aegroto quidem parcere.

CDLVII. (Ad Div. IX, 23)

Argumentum Praenuntiat, se vel crastino die vel propediem ad Paetum venturum.

tu non avesti mai più poderi, che t'abbi adesso [6]. Il perchè mettiti a ordine: tu hai a fare con un diluviatore, il quale oggimai si conosce di queste cose; tu sai arroganza *di que' che tardi impararono* [7]. Tu dei disimparar l'uso de' bericuoccoli e delle focaccie [8]. Oggimai siam tanto innanzi in quest'arte, che assai spesso siamo soliti di invitare il tuo Verrio [9] e Camillo [10]: di che gusto persone! quanto delicate! Anzi, vedi ardimento! ho dato un pranzo eziandio ad Irzio, senza pavoni però; in quel pranzo non potè il mio cuoco null'altro copiar da lui, che il brodo bollente [11]. Ecco dunque il modo del mio vivere d'oggidì. La mattina vo' a visitare in casa loro sì i dabben uomini, che son molti [12], ma malinconici, e sì questi allegri vincitori, i quali per altro mi onorano con ogni possibile officiosità ed affetto. Fornite le visite, mi seppellisco nelle lettere, o scrivo, o leggo. Vengono altresì alcuni per saper da me qualche cosa [13], come da un Platone, perchè ne so qualcosa più di loro. Indi tutto il resto del dì dono al corpo [14]. La patria ho pianto già, e più lungamente e con più dolore, che madre facesse mai di unico figliuolo. Or se mi ami, dà opera di star sano; chè io, essendo tu in letto, non ti mangiassi ogni tuo avere: perchè, fossi anche tu malato, son fermo di non risparmiarti.

CDLVII. (A Div. IX, 23)

Argomento. Anticipa l'avviso che domani o anche prima anderà da Peto.

Scr. in Cumano A. V. C. DCCVII, VIII Kal. Sept.

CICERO PAPIRIO PAETO

Heri veni in Cumanum: cras ad te fortasse. Sed quum [1] certum sciam, faciam te paullo ante certiorem. Etsi M. Ceparius, quum mihi in silva Gallinaria [2] obviam venisset, quaesissemque, quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Tuli scilicet moleste, ut debui: sed tamen constitui [3] ad te venire, ut et viderem te, et viserem [4], et cenarem etiam. Non enim arbitror, cocum etiam te arthriticum [5] habere. Exspecta igitur hospitem quum minime edacem, tum inimicum cenis sumtuosis.

CDLVIII. (Ad Div. VII, 4)

Argumentum. Praemonet Marium de adventu suo in Pompeianum.

Scr. in Cumano A. V. C. DCCVII, VII Kal. Sept.

M. T. CICERO M. MARIO S. D.

A d. IX Kal. [1] in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius. In Pompeianum statim cogito. Sed faciam ante te certiorem [2]. Te quum semper valere cupio, tum certe, dum hic sumus.

Scritta nel Cumano l'anno DCCVII, il 25 di Agosto.

CICERONE A PAPIRIO PETO

Ieri son venuto nel Cumano; doman sarò forse a te. Ma sapendol di certo, tel farò poco innanzi assapere. Se non che, avendomi M. Cepario riscontro nella selva Gallinaria [1], e dimandatolo come tu stéssi, mi rispose che tu eri a letto per la podagra. Me ne dolse, come era dovere; e nondimeno son deliberato di venire a te per vederti, visitarti, e pranzare anche teco: da che io non vo' credere che tu abbia cuoco eziandio podagroso. Aspetta dunque un ospite nè punto ghiottone, e nemico de' pranzi sfarzosi.

CDLVIII. (A Div. VII, 4)

Argomento. Avvisa anticipatamente Mario della sua venuta nel Pompeiano.

Scritta nel Cumano l'anno DCCVII, il 26 di Agosto.

M. T. CICERONE A M. MARIO S.

A' 24 arrivai nel Cumano col tuo, anzi nostro Libone [1]. Fo ragione di passar tosto nel Pompeiano [2]; ma lo saprai prima. Se io sempremai desidero che tu sii sano, certo al presente che noi siam qui: da che

Vides enim, quanto post una futuri simus [3]. Quare, si quod constitutum cum podagra habes, fac ut in alium diem differas [4]. Cura igitur ut valeas [5]; et me hoc biduo, aut triduo exspecta.

CDLIX. (Ad Att. XII, 9)

Argumentum. Scribit, se hic libenter versari, nisi interpellasset Philippus.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVII, M. Sept.

CICERO ATTICO S.

Nae ego essem hic [1] libenter, atque id quotidie magis, ni esset ea causa, quam tibi superioribus literis [2] scripsi. Nihil hac solitudine iucundius, nisi paullum interpellasset Amyntae filius [3]: ὢ ἀπεραντολογίας ἀηδοῦς! [4] Cetera noli putare amabiliora fieri posse villa, litore, prospectu maris, tum his rebus omnibus [5]. Sed neque haec digna longioribus literis; nec erat, quod scriberem; et somnus urgebat.

CDLX. (Ad Att. XII, 10)

Argumentum. Atticum de Athamantis morte consolatur, et Alexim curae eius commendat.

tu vedi quanto resti ad essere insieme. Il perchè se tu hai posto il giorno alla podagra [3], e tu tirala ad un altro giorno. Fa dunque di star bene; ed aspettami infra questi due o tre giorni.

CDLIX. (Ad Att. XII, 9)

Argomento. Scrive che qui starebbe assai volentieri, se Filippo non lo interrompesse.

Scritta nell' Anziate l' anno DCCVII, nel mese di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Affè io starei qui della miglior voglia; e la sento ogni dì più, se non fosse quello che ti scrissi nell' ultima lettera. Non è al mondo cosa più dolce di questa solitudine, se un poco non mi istorpiasse il figliuol di Aminta [1]. *O chiacchierar fastidioso!* Del resto, credi, non ha il mondo cose più amabili di questa casa, di questo lido, e vista del mare, insomma di tutte cose che sono qui. Ma nè eziandio queste portano più lunga lettera; ed anche non ho che dire, e mi casca la testa dal sonno.

CDLX. (Ad Att. XII, 10)

Argomento. Consola Attico della morte di Atamante, e raccomanda Alessi alla cura di lui.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVII, M. Sept.

CICERO ATTICO S.

Male mehercule de Athamante [1]. Tuus autem dolor humanus is quidem, sed magnopere moderandus. Consolationum autem multae viae, sed illa rectissima: impetret ratio, quod dies [2] impetratura est. Alexim [3] vero curemus, imaginem Tironis, quem aegrum Romam remisi; et, si quid habet collis [4] ἐπιδήμιον, ad me cum Tisameno [5] transferamus. Tota domus superior vacat, ut scis. Hoc puto valde ad rem pertinere.

CDLXI. (Ad Div. IV, 3)

Argumentum. Sulpicium, Achaiae a Caesare post aciem Pharsalicam praefectum, consolatur in dolore, quem ex calamitate rei publicae ceperat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. exeunte.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Vehementer te esse sollicitum, et in communibus miseriis praecipuo [1] quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quamquam minime miror, et meum [2] quodammodo agnosco; doleo tamen, te sapientia praeditum prope singulari, non tuis bonis delectari potius, quam alienis

Scritta nell' Anziate l'anno DCCVII, nel mese di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Mi piagne, in verità, il cuore per Atamante [1]. Ma il tuo dolore è ben della tua umanità; tuttavia è da porre studio di moderarlo. Le vie da trovar conforto son molte; ma questa la più diritta di tutte: preoccupi la ragione quello che porterà il tempo. — Intanto abbiam cura di Alessi, ritratto di Tirone, il qual malato rimandai a Roma; ma se cotesto colle sente nulla *di contagioso*, trasportiamlo in casa mia con Tisameno. Tutto l'appartamento di sopra è vóto, come sai; e sarebbe il caso al presente bisogno.

CDLXI. (A Div. IV, 3)

Argomento. Consola Sulpizio, posto da Cesare dopo la guerra Farsalica all'amministrazione dell'Acaia, nel dolore che provava per l'infelice stato della Repubblica.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, sul finir di Settembre.

M. T. CICERONE A SER. SULPIZIO S.

Mi vien da molti rapportato ogni dì, come tu se' in pena gravissima, e che nelle miserie a tutti comuni tu se' di peculiar dolore trafitto. Veramente io non me ne maraviglio, e veggo sottosopra nel tuo il mio dolore. Tuttavia mi duole che, avendo tu una sapienza per poco singolare dagli altri, in luogo di consolarti de' beni di casa tua, tu voglia macerarti di que' di

malis laborare. Me quidem, etsi nemini concedo, qui maiorem ex pernicie et peste rei publicae molestiam traxerit; tamen multa iam consolantur, maximeque conscientia consiliorum meorum. Multo enim ante [3], tamquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram: neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis, monente et denuntiante te. Etsi enim afui magnam partem consulatus tui [4]; tamen et absens cognoscebam, quae esset tua in hoc pestifero bello cavendo et praedicendo [5] sententia, et ipse adfui primis temporibus tui consulatus, quum accuratissime monuisti senatum, collectis omnibus bellis civilibus, ut et illa timerent, quae meminissent, et scirent [6], quum superiores, nullo tali exemplo antea in re publica cognito, tam crudeles fuissent, quicumque postea rem publicam oppressisset armis, multo intolerabiliorem futurum. Nam, quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: sed [7] aliquid, atque adeo multa addunt et afferunt de suo. Quare meminisse debes, eos [8], qui auctoritatem et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, quum tua prudentia salvi esse potuissent. Dices: Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, et quasi parietinis [9], rei publicae? — Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, et desperatio recuperandi: sed tamen et Caesar ipse ita de te

fuori [1]. Dirò vero: io quantunque non creda nessuno avere portato pena maggior della mia, per la ruina e guastamento della Repubblica; tuttavia di molte cose mi vo' oggimai consolando, e soprattutto della memoria de' miei consigli: imperocchè da gran tempo prima, quasi come da una vedetta, ho provveduta la procella che dovea levarsi, nè solamente per avviso mio proprio, ma molto più eziandio facendolami vedere, e dinunziandola tu. Conciossiachè, quantunque gran parte del tuo consolato [2] io sia stato fuori, tuttavia anche così lontano sapeva il tuo sentimento circa il cessare questa pestilenzial guerra e 'l predirla; anzi nel primo tempo del tuo consolato fui presente io medesimo, quando tu accuratissimamente ammonisti il Senato, recandogli a memoria tutte le guerre civili, per fargliele con questa rammemorazione temere e conoscere; che se i maggiori nostri (non avendo esempio di siffatta cosa) erano stati tanto crudeli, chiunque per innanzi avesse coll'armi oppressa la Repubblica sarebbe stato via più intollerabile: da che quello che altri fa con esempio, giudica aver altresì buona ragione di farlo; e sopra il già fatto, v'aggiunge qualche cosa, anzi molte del suo. Per la qual cosa tu dei rammemorarti, coloro che la tua autorità e 'l consiglio [3] non hanno voluto seguire, alla mattezza loro debbono reputare la propria ruina, potendo per la tua saviezza salvarsi. Ma dirai tu: Che consolazione è questa per me, in siffatte tenebre, e quasi rottami della Repubblica? — Veramente il dolore non dà luogo a nessun conforto: così è andata in fasci ogni cosa, e così del riaverci perduta è la speranza. Tuttavia il medesimo Cesare, e con lui tutti i cittadini

iudicat [10], et omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod, exstinctis ceteris, elucere sanctitatem, et prudentiam, et dignitatem tuam. Haec tibi ad levandas molestias magna esse debent. Quod autem a tuis abes, id eo levius ferendum est, quod eodem tempore a multis et magnis molestiis abes: quas ad te omnes perscriberem, nisi vererer, ne ea cognosceres absens, quae quia non vides, mihi videris meliore esse conditione, quam nos, qui videmus. Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus levari possent molestiae tuae. Reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solatia, et ut [11] quidem ego sentio, multo maxima: quae ego ipse [12] experiens quotidie, sic probo, ut ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio aetatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quae a sapientissimis ad bene vivendum tradita essent, summo studio curaque didicisse. Quae quidem vel optimis rebus et usui, et delectationi esse possent: his vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam insolenter; neque te, tali vel scientia, vel natura praeditum, hortabor, ut ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus aetatis studium tuum dedisti [13]. Tantum dicam, quod te spero approbaturum, me,

sono in questa opinione, la tua interezza, la prudenza e la dignità essere come un lume, spenti già tutti gli altri, rimaso acceso. Questo pensiero dee ben valere assai a mitigar la tua pena. Quanto poi all'essere tu lontano da' tuoi, tu dei passartene più lievemente, pensando che tu se' però anche lontano da molte e grandi tribolazioni; le quali io ti vorrei noverare, se troppo non dubitassi che tu, eziandio così lontano, ben te le sappia; ma per non vederle tu, io ti credo ben vantaggiato da noi, che le abbiamo sugli occhi. Fino a qui utile consolazione mi par questa mia, avendoti come uomo amicissimo messo innanzi quelle cose che possono alleviar la tua angustia. I rimanenti conforti (ed io ben li conosco, nè sono piccoli, anzi, come giudico io medesimo, di troppo maggior virtù) dimorano in te medesimo. Questi io medesimo, ab esperto, trovo sì utili, che per essi io mi sento donata la vita. Or io mi ricordo sì come tu fin da' primi anni fosti sommamente caldo di tutte dottrine, ed apprendesti con sommo studio ed affetto ogni cosa che al ben vivere furono da' primi maestri insegnate, le quali eziandio nella più lieta fortuna ed utili e dilettevoli ponno tornare. Or questa è sola la cosa della quale in queste miserie possiam consolarci. Io non mi piglierò l'ardire di esortare un tuo pari, fornito di tale sapienza e natura, che debba ricondursi a quelle arti le quali tu hai dalla tua prima età coltivate: sola una cosa dirò, la quale spero che tu debba approvare, che io,

postea quam illi arti [14], cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro, viderim [15], omnem meam curam atque operam ad philosophiam contulisse. Tuae scientiae [16] excellenti ac singulari non multo plus, quam nostrae, relictum est loci. Quare non equidem te moneo, sed mihi ita persuasi, te quoque in iisdem versari rebus [17], quae, etiamsi minus prodessent, animum tamen a solicitudine abducerent. Servius quidem tuus [18] in omnibus ingenuis artibus, in primisque hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, ut excellat. A me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini: mihique ab eo gratia refertur: in quo ille existimat (quod facile appareat), quum me colat et observet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

CDLXII. (Ad Div. XIII, 68)

Argumentum. Servilii literas sibi gratas fuisse testatur: ut de provinciae (Asiae) statu scribat, petit; officia sua promittit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept.

M. T. CICERO P. SERVILIO ISAVRICO [1] PROC. COLLEGAE S. D.

Gratae mihi vehementer tuae literae fuerunt; ex quibus cognovi cursus navigationum tuarum.

avendo veduto chiusomi ogni luogo, sì nella curia come nel foro, a quell'arte alla quale m'era dato, ogni mio studio ed opera ho rivolto alla filosofia. Or alla eccellente e singolare tua scienza non è rimaso gran fatto luogo più che alla nostra. Il perchè non ti ammonisco già io, ma credo ben fatto che tu altresì dia opera a' medesimi studi; i quali se poco per avventura faran di bene, certo svagherebbono il tuo spirito da' fastidiosi pensieri. Certo il tuo Servio in tutte le nobili arti, e in questa soprattutto che io dissi essere il mio riposo, studia per modo che ne è maestro: io poi l'amo per forma, che non cedo a nessuno, fuorchè a solo te; ed egli a me ne rende ben cambio. La qual cosa facendo egli (e la cosa si manifesta da sè), in quel medesimo che me carezza ed osserva, intende fare eziandio a te cosa di tuo sommo piacere. A Dio.

CDLXII. (A Div. XIII, 68)

Argomento. Assicura Servilio che le lettere di lui gli sono state gradite; lo prega di scrivergli sullo stato della propria provincia (Asiatica), e gli promette i suoi buoni officii.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO ISAURICO PROC. COLLEGA S.

Infinito piacer mi diede il sentire nella tua lettera il corso delle tue navigazioni: da che ciò mi fa segno

Significabas enim memoriam tuam nostrae necessitudinis, qua mihi nihil poterat esse iucundius. Quod reliquum est, multo etiam erit gratius, si ad me de re publica, id est, de statu provinciae [2], de institutis tuis familiariter scribes. Quae quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. Ego ad te, de rei publicae summa [3] quid sentiam, non saepe scribam, propter periculum eiusmodi literarum. Quid agatur autem, scribam saepius. Sperare tamen videor, Caesari, collegae nostro [4], fore curae, et esse, ut habeamus aliquam rem publicam, cuius consiliis magni referebat te interesse. Sed, si tibi utilius est, id est gloriosius, Asiae praeesse, et istam partem rei publicae male affectam tueri; mihi quoque idem, quod tibi et laudi tuae profuturum est, optatius debet esse. Ego, quae ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio diligentiaque curabo; in primisque tuebor omni observantia clarissimum virum, patrem tuum: quod et pro vetustate necessitudinis, et pro beneficiis vestris, et pro dignitate ipsius facere debeo.

CDLXIII. (Ad Div. IV, 13)

Argumentum. 1 Erepto sibi fere omni genere literarum, quo uti ad Nigidium posset, 2 superesse scribit ut eum exsulantem consoletur. 3 Denique officia sua pollicetur, quibus ei, ut restituatur, inservire possit.

che tu non avevi dimenticato la nostra amicizia; di che nulla mi poteva esser più dolce. Del rimanente, mi farai cosa anche molto più cara a scrivermi alla domestica della Repubblica: vo' dire dello stato della provincia e de' tuoi divisamenti. Le quali cose quantunque la tua celebrità me le faccia sentire per molte bocche, tuttavia con troppo maggior piacere le sentirò dalla tua. Quanto a me, di quello che io senta del pubblico reggimento, di rado te ne scriverò, chè è cosa pericolosa; sì di quello che avvenga, bene spesso il farò. E tuttavia mi par dovere sperare che Cesare nostro [1] collega debba darsi pena e se ne dia che noi abbiamo qualche cosa di Repubblica; nelle cui deliberazioni assai importava che tu avessi parte. Nondimeno, se a te è più utile, cioè più glorioso stare al governo dell'Asia, e curare cotesta ammalazzata parte di Repubblica, ciò medesimo (per cosa che a te e alla gloria tua torni meglio) debbo io medesimo aver più caro. In ogni cosa che io giudichi servire alla tua dignità, io porrò ogni studio e diligenza; ed in ispezieltà con ogni osservanza servirò al padre tuo, chiarissimo personaggio; al che fare, sì per l'antica nostra amicizia, sì per li benefizi della vostra famiglia, e sì per la dignità di lui in proprio, mi tengo obbligato.

CDLXIII. (A Div. IV, 13)

Argomento. 1 Toltogli quasi ogni genere di lettere acconcio per iscrivere a Nigidio, 2 dice che gli resta almeu quello di consolarlo nell'esiglio; 3 infine lo assicura di tutta la sua diligenza in procurare il richiamo di lui.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. circ. Octob.

M. T. CICERO P. NIGIDIO FIGVLO S. D.

1 Quaerenti mihi iamdiu, quid ad te potissimum scriberem, non modo certa res nulla [1], sed ne genus quidem literarum, usitatum veniebat in mentem. Vnam enim partem [2] et consuetudinem earum epistolarum, quibus, secundis rebus, uti solebamus, tempus eripuerat; perfeceratque fortuna, ne quid tale [3] scribere possem, aut omnino cogitare. Relinquebatur triste quoddam et miserum, et his temporibus consentaneum genus literarum. Id quoque deficiebat me; in quo debebat [4] esse aut promissio auxilii alicuius, aut consolatio doloris tui. Quod [5] pollicerer, non erat. Ipse enim pari fortuna abiectus [6], aliorum opibus casus meos sustentabam [7], saepiusque mihi veniebat in mentem queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem. Quamquam enim nulla me ipsum privatim pepulit [8] insignis iniuria, nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caesar detulerit; tamen nihilominus [9] eis conficior curis, ut ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem. Careo enim quum familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit fuga [10], tum omnibus amicis, quorum benivolentiam nobis conciliarat per me quondam, te so-

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese in circa di Ottobre.

M. T. CICERONE A P. NIGIDIO FIGULO[1] S.

1 Egli è bene un pezzo ch'io vo' cercando quello ch'io meglio t'avessi a scrivere; e non solo non mi s'è data innanzi determinata materia di nulla, ma nè eziandio ciò che generalmente si suol mettere in lettera. Imperocchè quella parte e maniera di lettere che solevamo scriverci nel tempo felice, ci era tolta dal tempo presente; avendoci la fortuna recati a termine, che di quella fatta nulla poteva io non che scrivere, ma nè pensare. Restava dunque qualche guisa di lettere malinconica e trista, cioè da questo tempo; ma e questa medesima mi falliva, convenendomi o promettерti qualche cosa di aiuto, o consolarti del tuo dolore. Ora da promettere non avea nulla: imperocchè io medesimo conquassato dalla stessa tempesta, reggeva la mia sventura sopra gli altrui soccorsi; e più spesso mi parea dover dolermi di così vivere, che consolarmi di pure esser vivo. Conciossiachè quantunque non mi fosse tocca in proprio alcuna segnalata sventura, nè in siffatto tempo mi venisse voglia di nessuna cosa, che Cesare tutto da sè non me l'avesse prima donata; tuttavia io son rifinito di tali angustie, che e questo mio medesimo restar in vita mi sembra un peccato. Imperocchè ed ho perduti molti de' miei intrinsechi, i quali o la morte mi tolse, o la fuga sbalestrò via di qua, e tutti gli amici, la cui benevolenza

cio, defensa res publica [11]; versorque in eorum naufragiis et bonorum direptionibus: nec audio solum (quod ipsum esset miserum), sed etiam [12] video (quo nihil est acerbius), eorum fortunas dissipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium [13] exstinximus: et, in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem: sed ea plus non potest, quam vis et mutatio omnium rerum atque temporum. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat; quum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo [14]. Natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem: et, qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo, et sanctissimo, et maxima quondam gratia [15], mihi certe amicissimo, ne benigne quidem polliceri possum. Ergo hoc ereptum est literarum genus.

2 Reliquum est, ut consoler [16], et afferam rationes, quibus te a molestiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius consolandi, in te summa est, si umquam in ullo fuit. Itaque eam partem, quae ab exquisita quadam ratione et doctrina proficiscitur, non attingam: tibi

m'avea acquistata quella Repubblica che io con teco[2] avea mantenuta; e mi trovo ravvolto ne' loro naufragii e ne' dirubamenti de' loro beni; e non pur sento dire (e questo medesimo saria gran dolore), ma veggo io con questi occhi (cosa di tutte più acerba) mandar in dispersione le fortune di que' medesimi, col cui aiuto noi abbiamo già estinto quel cotale incendio; ed in quella città medesima ove testè noi eravamo fiorenti di grazia, d'autorità e di gloria, in essa al presente di tutte queste cose viviamo diserti. Noi troviam veramente esso Cesare verso di noi umanissimo: ma questa sua umanità non ha più forza di quello che s'abbia avuto la violenza e 'l riversamento di tutte le cose e de' tempi[3]. Il perchè io, spogliato di tutte quelle cose alle quali la natura, il piacere e l'usanza m'avea assuefatto, sono grave (come mi sembra) sì agli altri e sì a me medesimo: conciossiachè io, che era nato ad operar sempre qualcosa da uom di fama, ora non pure mi falla ogni cagion di far nulla, ma e di pensare; a quell'io medesimo che dianzi poteva alle oscure persone ed anche a' malfattori portar soccorso, ora nè anche a P. Nigidio (al solo uomo di tutti più dotto, il più santo, di grazia tempo è già potentissimo e certo mio amicissimo) non posso nè eziandio fare una cortese promessa di nulla. Adunque cotesta fatta di lettere non ha più luogo.

2 Resta dunque che io ti consoli, e ti metta innanzi ragioni con le quali m'adoperi di cavarti da questo dolore. Se non che questa attitudine al consolare o te medesimo od altrui, se fu mai in nessuno, in te certamente è perfetta; il perchè questo ufizio, al qual ti fornisce la tua dottrina ed una certa squisi-

totam relinquam. Quid sit forti et sapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent, tu videbis [17]. Ego, quod intelligere et sentire, quia sum Romae, et quia curo attendoque [18], possum; id tibi affirmo, te in istis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum; in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortasse semper fore [19]. Videor mihi perspicere primum ipsius animum [20], qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam. Non scribo hoc temere: quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. Quo facilius, quibus est iratior [21], respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. Familiares vero eius, et ii quidem, qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te et loquuntur, et sentiunt. Accedit eodem vulgi voluntas, vel potius consensus omnium. Etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, res publica, quascumque vires [22] habebit, ab iis ipsis, quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit.

3 Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo [23] omiseram. Nam et complectar [24] eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt; et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi

tezza di ragione, nol toccherò io; anzi tutto lo lascio a te. Quello che a forte uomo ed a sapiente sia richiesto, quello che dimandi la gravità, l'altezza dell'animo, che la tua preterita vita, che gli studi, che le arti, nelle quali dalla puerizia fosti eccellente, lo vedrai tu. Io non farò altro che protestarti quello che, per essere io in Roma, e per porvi mente e studio, posso comprendere e giudicare: cioè che questi affanni, ne' quali al presente tu vivi, non saranno troppo lunghi; sì quelli ne' quali mi trovo io medesimo, forse non mai finiranno. Conosco io bene, o mi pare, prima l'animo di chi può più di tutti, esser vólto al tuo bene; non ti dico ciò senza un quare: quanto meno io bazzico con lui, tanto son più studioso a spillarlo. Se egli è più tardo che tu non vorresti a cavarti di pena, egli è per aver cagione più agevole di risponder del no a quelli co' quali è più fieramente indegnato 4. Ma i suoi amici, e quelli de' quali sommamente compiacesi, pensano e gli dicono di te maraviglie. A ciò medesimo si arroge l'affetto del popolo, o piuttosto un generale consentimento. Quella Repubblica eziandio, la quale al presente può veramente pochissimo, ma è giuocoforza che venga in potere, con tutte le forze che acquisterà (poco può stare) ed ella te ne accatterà, mel credi, la grazia da que' medesimi alle cui mani è venuta.

3 Adunque mi riconduco (per eziandio prometterti oggimai qualche cosa) a quello che da principio avea lasciato addietro. Io farò vezzi a' più intrinsechi di lui, i quali mi vogliono tutto il lor bene, e molto usano in casa mia; mi metterò nella costui dimestichezza, la qual fino ad ora una certa vergogna mi tenne chiusa; e ten-

clausit, insinuabo [25], et certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, pervenire posse. In hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo. Cetera, quae tibi a multis promta esse certo scio, a me sunt paratissima. Nihil in re familiari mea est, quod ego meum malim [26] esse, quam tuum. Hac de re, et de hoc genere toto, hoc scribo parcius, quod te (id quod ipse confido) sperare malo, esse usurum tuis [27]. Extremum illud est; ut te orem [28] et obsecrem, animo ut maximo sis: nec ea solum memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti, sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti. Quae si colliges; et sperabis omnia optime, et, quae accident, qualiacumque erunt, sapienter feres. Sed haec tu melius, vel optime omnium. Ego, quae pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo; tuorumque tristissimo meo tempore [29] meritorum erga me memoriam conservabo. Vale.

CDLXIV. (Ad Div. IV, 7)

Argumentum. M. Marcellum, qui in consulatu Caesarem vehementer impugnaverat, nunc Mitylenis exsulantem, et perpetuo a patria abesse volentem permovere studet, ut bona cum Caesaris venia, quam facile sit impetraturus, Romam redire malit.

terò certo tutte le vie per le quali io giudichi poter venire al mio desiderio: e in somma in ogni fatta di questi ufizi farò più che non oso di mettere in carta. Le altre cose, che da molti (ben so) tu puoi avere a tua posta, io le tengo a tua requisizione. Di quanto ho in casa, non è cencio che io faccia più mio che tuo. Ma di questa bisogna, e generalmente in questo proposito, io ti parlo più riservato, perchè amo meglio che tu ti aspetti (come io mi confido) di avere a mantenerti del tuo. Resta da ultimo che io ti prieghi e scongiuri che tu faccia gran cuore; e che non ti ricordi solamente delle cose che tu avesti da altri sommi uomini, ma e di quelle che tu stesso col tuo ingegno e studio ti se' procacciate; le quali se tu raccolga nella mente, e starai a speranza di tutto bene, e checchè voglia avvenire, tel porterai con saviezza. Ma io insegno a chi ne sa più, anzi pure al maestro. Io ad ogni cosa che conosca essere tuo bene, darò opera con ogni studio e diligenza possibile; tenendomi sempre dinanzi quello che tu hai di me meritato in quel mio doloroso frangente [5]. A Dio.

CDLXIV.

(A Div. IV, 7)

Argomento. S'ingegna di persuadere a M. Marcello, il quale era stato contrario nel suo consolato a Cesare, e però si stava in esiglio a Mitilene, ed era fermo di starsene sempre in esiglio, che colla permissione di Cesare, la quale era facile d'ottenere, ritornasse a Roma.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept.

M. T. CICERO M. MARCELLO S. D.

Etsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo; tamen et amicitiae nostrae vetustas, et tua summa erga me benivolentia, quae mihi iam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quae et saluti tuae conducere arbitrarer, et non aliena esse ducerem a dignitate. Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante videris, consulatum magnificentissime atque optime [1] gesseris, praeclare memini: sed idem etiam illa vidi, neque te consilium civilis belli ita gerendi [2], neque copias Cn. Pompeii [3], nec genus exercitus [4] probare, semperque summe diffidere: qua in sententia me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis; et ego id semper egi, ne interessem. Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in nobis superiora; sed lacertis et viribus, quibus pares non eramus. Victi sumus igitur; aut, si vinci dignitas non potest, fracti certe, et abiecti. In quo tuum consilium nemo potest non maxime

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE A M. MARCELLO [1] S.

Quantunque io vegga aver tu mantenuto fin qui quel tuo cotale proponimento che io non oso riprendere, non già perchè io non ne sia troppo lontano [2], ma perchè io ti ho per uomo di tanta saviezza, che non antepongo al tuo il mio consiglio; nondimeno la nostra antica amicizia e il sommo amore che mi portasti, e come io conobbi già fino da picciolo, mi confortò di scriverti quello che mi parve essere tuo maggior bene, e non punto alieno dalla tua dignità. Io mi ricordo, come fosse ieri, uomo che tu se' stato; e come assai tempo prima antiveduto l'avviamento di questi guai, e come nel consolato ti portasti compiutamente e con ogni virtù; ma ed ho eziandio veduto che tu non approvasti il consiglio tenuto nel condur questa guerra, nè le truppe di Pompeo, nè il genere de' suoi soldati, e che sempre ne fosti al sommo sfiduciato; e credo che ti ricordi che in ciò il mio parere s'accordava col tuo: e per questa ragione tu non mettesti troppo la mano a tali trattati, ed io altresì me ne sottrassi al possibile sempremai. Imperocchè non si combatteva con quelle armi nelle quali potevamo usar del nostro valore; io dico consiglio, autorità, causa, nel che avevamo bene vantaggio; ma colle braccia e colle forze, nelle quali eravam bene addietro. Adunque noi fummo vinti, o piuttosto (se vinta non può essere la virtù) certamente disfatti o sviliti. Or in questa bisogna non è chi possa non levare a cielo il tuo

laudare, quod cum spe vincendi simul abiecisti certandi etiam cupiditatem, ostendistique, sapientem et bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema libenter non persequi. Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos [5]. Aut enim renovare bellum conati sunt, hique se in Africam contulerunt [6]: aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt [7]. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor, a plerisque, vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium; a multis etiam magni ac fortis animi iudicatum. Sed habet ista ratio, ut mihi quidem videtur, quemdam modum; praesertim quum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omnes obtinendas, praeter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares [8]. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere; quum appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen [9] si iam ita constituisses, ut abesse perpetuo malles, quam ea, quae nolles, videre; tamen id cogitare deberes, ubicumque esses, te fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate. Qui si facile passurus esset, te carentem patria et fortunis tuis, quiete et libere vivere; cogitandum tibi tamen esset, Romaene et domi tuae, cuicuimo-

proponimento; chè con la speranza del vincere hai altresì gittata via la vaghezza del combattere, e mostrato come saggio e dabben cittadino si dee mettere di mal grado nella guerra civile, e non amar di continuarla fino allo stremo. Quelli che non vollero tenersi al consiglio preso da te, veggo io divisi in due parti. Chè o e' si sforzarono di rinnovare la guerra, e questi si raccolsero in Africa [3]; ovvero, come io ho fatto, si commisero alla mercè del vincitore. Il tuo consiglio tramezzò l'uno e l'altro de' due, giudicando tu l'uno esser forse proprio di animo vile, l'altro di ostinato. Il tuo consiglio fu (lo confesso) da' più, o piuttosto da tutti giudicato sapiente; da molti anche, di grande animo e forte. Tuttavia questa condotta (dico quello che ne pare a me) vuole avere una cotale misura; massimamente in questo tempo, che a riavere tutte le tue sostanze, niente altro mi sembra mancare, che il volerlo tu. Conciossiachè io ho conosciuto questa essere la sola ragione che tiene in ponte colui che può fare a sua posta: cioè che egli sospetta non forse tu fossi fermo di non conoscere da lui tal benefizio; intorno a che non bisogna che io dica il mio sentimento, avendolo io dimostro a' fatti. Tuttavia se tu fossi già deliberato di voler piuttosto viver sempre in esilio, che veder quello che ti dispiace, dovresti pensare però come, dovecchè tu ti fossi, tu saresti però sempre in potere di quel medesimo dal quale ti dilungassi. E questo medesimo eziandio se leggermente comportasse che tu fuor di patria e di tutti i tuoi beni quietamente e liberamente vivessi, tu dovresti però pensare qual fosse tuo meglio, se di vivere (qual che si fosse lo stato delle cose) in Roma ed in casa tua, ovvero in

di [10] res esset, an Mitylenis, aut Rhodi malles vivere. Sed quum ita late pateat eius potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit; nonne mavis sine periculo domi tuae esse, quam cum periculo alienae? Equidem, etiam si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt; quorum est magna, pro tuis maximis clarissimisque virtutibus, multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuae, quam dissipari nolumus [11]. Nam etsi nullam potest accipere iniuriam, quae futura perpetua sit; propterea quod neque is, qui tenet rem publicam, patietur [12], neque ipsa res publica: tamen impetum praedonum in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent [13], auderem scribere, nisi te intelligere confiderem. Hic te [14] unius solicitudines, unius etiam multae et assiduae lacrymae C. Marcelli, fratris optimi, deprecantur; nos cura et dolore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius adeundi [15], quum ipsi deprecatione eguerimus [16], non habemus. Gratia tantum possumus, quantum victi: sed tamen consilio, studio, Marcello non desumus. A tuis reliquis non adhibemur [17], ad omnia parati sumus. Vale.

Mitilene [4] od in Rodi. Ora posciachè la signoria di colui al quale obbediamo si stende sì al largo, che già tiene da capo al fine del mondo; non amerai tu meglio di vivere senza pericolo in casa tua, che con pericolo nell'altrui? Dico il vero: eziandio se mi convenisse morire, io vorrei meglio in casa mia ed in patria, che in altrui luogo ed istrano. Meco la sentono tutti que' che ti amano, de' quali, per li sommi ed illustri tuoi meriti, il numero è smisurato. Ma e noi ci diamo altresì pensiero delle tue sostanze, le quali ci dorrebbe veder dissipare: imperocchè quantunque il danno che te ne incogliesse non dovesse essere eterno (da che nè quel medesimo che ha in man la Repubblica, ma nè eziandio essa Repubblica nol patirebbe), tuttavia non vo' patire che addosso alle cose tue si gettino i masnadieri. Ora costoro io te li ardirei nominare, se non mi tenessi certo che tu li conosci. Ma la forza maggiore la fanno per te ora le angustie e le molte e continue lagrime del solo, del solo ottimo fratel tuo C. Marcello. Il dolore e la angoscia di noi vien dopo quella di lui; solo al pregare siamo più tardi [5], per non aver a Cesare così facile entrata (avendo avuto bisogno noi medesimi di chi pregasse per noi). In ciò che è grazia vagliam qualche cosa, secondo vinti: nondimeno di consiglio e di zelo non vegnam meno a Marcello. Gli altri tuoi non mi danno faccenda [6], ma siamo presti ad ogni bisogno. A Dio.

CDLXV. (Ad Div. VI, 13)

Argumentum. Solatur Ligarium exsulem, eumque bene sperare iubet, et ut forti animo sit, hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept.

CICERO LIGARIO S.

Etsi tali tuo tempore [1] me, aut consolandi, aut iuvandi tui causa, scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat; tamen adhuc id non feceram [2], quia neque lenire videbar oratione, neque levare posse dolorem tuum. Postea vero, quam magnam spem habere coepi, fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus; facere non potui, quin tibi et sententiam [3] et voluntatem declararem meam. Primum igitur scribam, quod intelligo et perspicio, non fore in te Caesarem duriorem: nam et res eum quotidie, et dies, et opinio hominum, et, ut mihi videtur, etiam sua natura mitiorem facit: idque quum de reliquis [4] sentio, tum de te etiam audio ex familiarissimis eius; quibus ego ex eo tempore, quo primum ex Africa nuntius [5] venit, supplicare una cum fratribus tuis [6] non destiti. Quorum quidem et virtus, et pietas [7], et amor in te singularis, et assidua et perpetua cura salutis tuae tantum proficit, ut nihil sit, quod non ipsum Caesarem tributurum existimem.

CDLXV. (A Div. VI, 13)

Argomento. Consola Ligario in esiglio, gli dà buone speranze, e lo esorta a star di forte animo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Settembre.

CICERONE A LIGARIO [1] S.

Quantunque la nostra amicizia voleva che nel termine nel qual tu sei, o per consolarti, o per farti bene, io ti scrivessi qualcosa; mi sono fino a qui tenuto di farlo, a cagione che ho giudicato di non poter a parole mitigare nè estinguere il tuo dolore. Ora da poi che io sono entrato in grande speranza, te non dovere star troppo a tornar a noi bene in essere, non ho potuto non aprirti il mio sentimento e l'affetto. Adunque la prima cosa, ti dirò quello che io veggo e conosco: Cesare non dover essere in te troppo duro: imperocchè e la cosa medesima, e 'l tempo, e l'opinare degli uomini, e (così pare a me) anche la sua natura il viene di dì in dì rendendo più molle; il che ed io credo per conto degli altri, e di te mi vien detto da' suoi intrinsechi, a' quali, fino da allora che venne la prima novella dell'Africa [2], non ristetti mai di porger preghiere co' tuoi fratelli; la cui virtù e pietà, e 'l singolare amor che ti portano, e lo studiarsi che fanno sempre e senza interruzione del tuo bene, vien acquistando per forma, che io credo niuna cosa essere, che esso Cesare non sia per loro concedere. E se la cosa

Sed si tardius fit [8], quam volumus; magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: et simul Africanae causae iratior [9], diutius velle videtur eos habere solicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum. Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius et placatius ferre [10]. Quare mihi crede, et memoriae manda, me tibi id affirmasse [11], te in istis molestiis diutius non futurum. Quando [12], quid sentirem, exposui; quid velim [13] tua causa, re potius, quam oratione, declarabo. Et, si tantum possem, quantum in ea re publica, de qua ita sum meritus, ut tu existimas, posse debebam; ne tu quidem in istis incommodis esses [14]. Eadem enim causa opes meas fregit, quae tuam salutem in discrimen adduxit [15]. Sed tamen, quicquid imago veteris meae dignitatis, quicquid reliquiae gratiae [16] valebunt; studium, consilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: primum ob eas causas, quas scripsi; deinde, quod ea de re publica semper voluisti atque sensisti, ut non modo quum secunda [17] sperare debeas, sed etiam, si omnia adversa essent, tamen conscientia et factorum et consiliorum tuorum, quaecumque acciderent, fortissimo et maximo animo ferre deberes.

va più lenta che noi non vorremmo, egli è che le troppe sue occupazioni (essendo tempestato di petizioni) non lasciarono aver troppo libera copia di lui. Ma e c'è anche questo, che essendo egli forte sdegnato contro i partigiani dell'Africa, mostra che egli voglia tener più a lungo sulla fune coloro che a lui pare avergli dato più lungo tribolo: e tuttavia noi conosciamo come egli di questo medesimo si va ogni dì più mollemente e pacatamente passando. Per la qual cosa credimi e tien fitto nella memoria, averti io protestato, questa miseria non dover essere troppo lunga. Ora, avendoti già dimostro il mio sentimento, lascerò anzi a' fatti che alle parole mostrare qual sia il mio affetto. Che se io avessi tanto di potere, quanto dovrei avere in quella Repubblica della quale, come tu giudichi, ho così meritato, affè no, che tu non saresti nella tribolazion che tu sei: ma ecco, la medesima causa che te condusse a sì doloroso termine, mandò a terra tutta la mia potenza. Tuttavia, se nulla potrà l'ombra dell'antica mia dignità, se nulla questo resticciuol di favore; il zelo, il consiglio, l'opera, la grazia, la fede mia per nessun conto falliranno agli ottimi tuoi fratelli. Tu stammi di forte animo, come fosti maisempre: prima per le ragioni che ho detto, l'altra, perchè tale fu sempre il tuo intendimento e 'l giudicio in opera della Repubblica, che non solamente ora tu dei sperar bene, ma eziandio, se ti rovinasse il mondo addosso, dovresti colla coscienza delle tue opere e de' consigli portar con fortissimo ed altissimo animo qualunque cosa ti intravvenisse.

CDLXVI. (Ad Div. IV, 8)

Argumentum. Laudata Marcelli prudentia et fortitudine, pollicetur officia sua; et, ut domum, quicumque status rei publicae sit, revertatur, iterum admonet.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept.

M. T. CICERO M. MARCELLO S. D.

Neque monere te audeo, praestanti prudentia virum; nec confirmare, maximi animi hominem, unumque fortissimum [1]: consolari vero nullo modo. Nam si ea, quae acciderunt, ita fers, ut audio; gratulari magis virtuti debeo, quam consolari dolorem tuum. Sin te tanta mala rei publicae frangunt; non ita abundo ingenio, ut te consoler, quum ipse me non possim. Reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque, ut ad omnia, quae tui velint, ita adsim praesto, ut me non solum omnia debere tua causa [2], sed ea quoque, quae non possim, putem. Illud tamen vel tu me monuisse [3], vel censuisse puta, vel propter benivolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio [4], tu quoque animum inducas: si sit aliqua res publica, in ea te esse oportere, iudicio hominum [5] reque principem, necessitate cedentem tempori: sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exsulandum

CDLXVI. (A Div. IV, 8)

Argomento. Lodata la prudenza e la fortezza d'animo di Marcello, gli promette i suoi buoni officii, e lo prega di nuovo che ritorni a casa, qualunque sia lo stato della Repubblica.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE A M. MARCELLO S.

Nè di ammonirti son io ardito, chè hai savienza d'avanzo; nè di rincorarti, avendo tu animo pien di altezza e fortezza; di consolarti poi, a niun patto: conciossiachè, se tu porti i casi presenti nella maniera che mi vien detto, meglio mi conviene congratularmi teco della tua virtù, che consolarti del tuo dolore. Se poi tu se' oppresso sotto la rovina della Repubblica, non ho io copia d'ingegno che sia tanta da consolar te, che non posso me stesso. Resta adunque che io in ogni cosa mi ti profferisca [1] ed obblighi di essere presto ad ogni cosa che piaccia a' tuoi, per forma che essi credano me non solamente aver debito di fare per te ogni cosa che io possa, ma quello eziandio che non posso. Di sola una cosa tu dei far conto che io ti volessi ammonire, ovvero che per cagion d'amicizia non abbia potuto tacere: cioè che tu ti lasci condurre a pensarla come fo io. Se egli è per essere qualche Repubblica, te convenirvi essere (a giudizio di tutti ed in fatto) per primo, avendo tu per violenza ceduto al tempo. Se poi non c'è speranza, Roma essere il luogo più acconcio di tutti a starci in esilio. Impe-

locum. Si enim libertatem sequimur; qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcumque locum; quae [6] est domestica sede iucundior? Sed mihi crede, etiam is, qui omnia tenet [7], favet ingeniis: nobilitatem vero, et dignitatem [8] hominum, quantum ei res, et ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura, quam statueram. Redeo ergo ad unum illud, me tuum esse [9], fore cum tuis, si modo erunt tui [10]: si minus, me certe in omnibus rebus satis nostrae coniunctioni amorique facturum. Vale.

CDLXVII. (Ad Div. VII, 27)

Argumentum. Fadium Gallum, qui se per literas accusaverat, graviter repungit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO GALLO [1] S. D.

Miror, cur me accuses, quum tibi id facere non liceat. Quod si liceret, tamen non debebas. « Ego enim te in consulatu observaram [2]. » Et ais, fore, ut te Caesar restituat [3]. Multa tu quidem dicis; sed tibi nemo credit. Tribunatum plebei [4] dicis te mea causa petisse. Vtinam semper esses tribunus! intercessorem non quaereres [5]. Negas, me audere, quod sentiam, dicere; quasi tibi, quum impudenter [6] me rogares, parum fortiter responderim. Haec tibi scripsi, ut isto ipso in

rocchè se tu procacci esser libero, trovami tu luogo franco da questa signoria; se cerchi luogo, qual che egli sia, qual è più dolce della stanza di casa tua? Ma e' c'è altro: Credimi, il nostro padrone favorisce gli ingegni, e le nobili e degne persone (quanto gli consente lo stato delle cose e la condizion sua) accarezza. Ma io ho travalicato il posto termine: adunque torno a solo il detto di sopra, che io sarò tuo insieme co' tuoi, se però tuoi vorran essere; caso che no, certo io in tutte le cose risponderò al debito della congiunzione e dell'amor nostro. A Dio.

CDLXVII. (A Div. VII, 27)

Argomento. Punge Fadio Gallo, dal quale era stato gravemente accusato per lettera.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A GALLO [1] S.

Ben mi maraviglio delle accuse che tu mi dai, non avendo punto di che; ma ed avendone anche, non ti si conveniva di farlo. « Imperocchè io (tu di') ti ho « onorato nel tuo consolato; e Cesare [2] poco può stare, « mi richiamerà. » Tu mene conti di belle; ma quanti tel credono? Tu ti vanti d'aver chiesto il tribunato per conto mio. Doh! fossi tu sempre tribuno! non cercheresti un intercessore. Tu mi di': Non ti dà il cuore di aprire il tuo sentimento. — Ben di'. Avendomi tu pregato con poca modestia, io t'ho risposto con poca forza. Ora io t'ho scritto per questa forma, accioc-

genere [7], in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. Quod si humaniter mecum questus esses, libenter tibi me, et facile purgassem. Non enim ingrata mihi sunt, quae fecisti [8]; sed, quae scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri liberi sunt [9], tibi liberum non visum, demiror. Nam si falsa fuerunt, quae tu ad me, ut ais, detulisti [10]; quid tibi ego debeo? si vera; tu es optimus testis, quid mihi populus Romanus debeat.

CDLXVIII. (Ad Div. IV, 9)

Argumentum. Reditum in patriam Marcello suadet, refutatis singulis, quae dissuadere videbantur, praesertim quod nec aliter futurum fuisset, si vicissent Pompeiani.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. exeunte.

M. T. CICERO M. MARCELLO S. D.

Etsi perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio [1] literas ad te pluribus verbis scriptas, quibus declaraveram, quo te animo censerem esse oportere, et quid tibi faciendum arbitrarer: tamen, quum Theophilus, libertus tuus, proficisceretur, cuius ego fidem erga te, benivolentiamque perspexeram, sine meis literis eum ad te venire nolui. Iisdem igitur te rebus [2] etiam atque etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum, ut in ea

chè tu intendessi come in questo medesimo stile, nel qual tu ti reputi valere qualcosa, tu se' un bel nulla. Che se tu m'avessi mosso un tuo cortese richiamo, di grado e facilmente mi ti sarei purgato: da che non è che io non abbia gradito quello che tu facesti; sì mi cosse quello che hai scritto. Come poi io ti sia paruto poco libero, essendo a me gli altri debitori della lor libertà [3], nol so intendere. Conciossiachè se false furono le tue deposizioni a me fatte, di che ti sono debitore io? se vere, io non ho chi meglio di te possa testificare di quanto sia a me debitore il popol romano.

CDLXVIII. (A Div. IV, 9)

Argomento. Consiglia Marcello al ritorno, ribattendo tutto quello che può persuaderlo altrimenti; massimamente che non sarebbe stata diversa la cosa, se fossero stati superiori i Pompeiani.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, sul finir del mese di Settembre.

M. T. CICERONE A M. MARCELLO S.

Quantunque assai pochi dì son passati che a Q. Muzio ho dato per te una lettera bene lunga, nella qual t'ho dimostro di che animo tu mi paressi di dover essere [1], e che cosa a te convenisse di fare; nondimeno, partendo Teofilo tuo liberto, la cui fede e benvoglienza in te io aveva ben conta, nol volli lasciar venire a te senza qualcosa di mia lettera. Adunque delle cose medesime ti esorto con ogni efficacia, che ho fatto nell'ultima lettera; cioè che in questa Repub-

re publica, quaecumque est, quam primum velis esse [3]. Multa videbis fortasse, quae nolis; non plura tamen, quam audis quotidie. Non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moveri [4], quum idem illud auribus percipias, quod etiam maius videri solet, minus laborare [5]. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias; aut faciendum, quod non probes. Primum tempori cedere [id est necessitati parere [6]], semper sapientis est habitum. Deinde non habet, ut nunc quidem est, id vitii res [7]. Dicere fortasse, quae sentias, non licet: tacere plane licet. Omnia enim delata ad unum sunt. Is utitur consilio, ne suorum quidem, sed suo [8]. Quod non multo secus fieret, si is rem publicam teneret, quem secuti sumus. An, qui in bello, quum omnium nostrum coniunctum esset periculum [9], suo et certorum hominum minime prudentium consilio uteretur; eum censemus magis communem [10] in victoria futurum fuisse, quam incertis [11] rebus fuisset? et, qui nec, te consule, tuum sapientissimum consilium secutus esset [12], nec, fratre tuo [13] consulatum ex auctoritate tua gerente, nobis [14] auctoribus uti voluerit; nunc [15], omnia tenentem, nostras sententias desideraturum censes fuisse? Omnia sunt misera in bellis civilibus: quae maiores nostri ne semel quidem, nostra aetas saepe iam sensit: sed miserius nihil, quam ipsa victoria: quae etiamsi ad meliores ve-

blica (qual che ella sia) tu sii contento di quanto prima fermarti. Tu ci vedrai forse di molte cose che ti putiranno, e tuttavia non più di quelle che ti son rapportate ogni dì. Ora ti par cosa da tuo pari il non voler patire ciò che ti dà il solo senso degli occhi, e passarti poi lievemente di ricevere le cose medesime per le orecchie, le quali anche sono solite di aggrandire? Ma tu di': E mi converrà dire contro il mio sentimento, o far di quello che non approvo. — Ma la prima cosa, il cedere al tempo, cioè obbedire alla necessità, fu sempre reputato dell'uom sapiente; l'altra, il fatto (dico del presente) non ha questa tecca. È vero, non potrai forse dire quel che tu senti, ma tacer potrai bene. Alle mani di un solo è venuta ora ogni cosa; egli non istà al consiglio nè anche de' suoi, ma pure al suo proprio. Or credi tu che la cosa andasse molto altramenti, avendo il comando l'altro che noi abbiamo seguíto? non punto. E che? Un uomo che, essendo viva la guerra (e sì vedeva il pericolo di tutti noi essere congiunto col suo), si consigliava con certi uomini che non eran Soloni [2], vorrem noi credere che nella vittoria avesse dovuto far più capitale di noi, che non fece essendo in bilico la fortuna? e quando egli, nè anche essendo tu console, seguì il sapientissimo tuo consiglio; e nè anche, governandosi il fratel tuo console sopra la tua autorità, non volle mai condursi secondo il parer vostro; credi tu che ora, menando le cose a sua posta, dovesse far punto caso de' nostri consigli? Nelle guerre civili non è che miseria; i nostri maggiori non le provarono pure una volta, la nostra età oggimai molte: ma nulla è più misero di essa vittoria; la quale venendo anche in mano di mi-

nit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque [16] reddit, ut, etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda sunt. An tu [17] non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria? [18] Igitur tunc quoque patria careres, ne, quae nolles, videres? — Non, inquies: ego enim ipse tenerem opes et dignitatem meam. — At erat tuae virtutis, in minimis tuas res ponere [19], de re publica vehementius laborarc. Deinde [20], qui finis istius consilii est? nam adhuc et factum tuum probatur, et, ut in tali re, etiam fortuna laudatur: factum, quod et initium belli necessario secutus sis, et extrema sapienter persequi nolueris [21]; fortuna, quod honesto otio tenueris et statum, et famam dignitatis tuae. Nunc vero nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria; nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed misereri potius; nec eam multis claris viris orbatam [22] privare etiam aspectu tuo. Denique, si fuit magni animi non isse [23] supplicem victori; vide ne superbi sit aspernari eiusdem liberalitatem: et, si sapientis est carere patria, duri non desiderare; et, si re publica non possis frui; stulti [24], nolle privata. Caput est illud [25], ut, si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen sit, ne tutior non sit. Magna gladiorum [26] est licentia; sed in externis

gliori, essi medesimi rende più feroci e sfrenati, essendo a ciò tirati dalla necessità eziandio quelli che tali non son per natura: imperocchè al vincitore è giuocoforza di far molte cose, anche contro voglia, a piacere di quelli che a vincere gli prestaron la mano. O non vedevi tu forse, altresì come me, quanto quella vittoria dovesse riuscir crudele? Sarestu adunque anche in tal caso, fuori di patria, per non veder di quelle cose che ti dorrebbono? — Non punto, dirai: imperocchè io avrei conservato le mie sostanze e la dignità. — No: anzi era della tua virtù il non far conto delle cose tue, e con tutto l'ardore travagliarti per la Repubblica. In oltre, a che vuol riuscire questo tuo proponimento? imperocchè fino ad ora sì l'operato da te si approva, e sì la fortuna (secondo tale stato di cose) è lodata: dico l'operato, perchè tu per necessità hai dato mano al cominciar della guerra, e per la tua sapienza non volesti perfidiar sino al fine [3]: la fortuna, perchè in un onesto ozio hai mantenuto lo stato e la fama della tua dignità. Ma al presente non ti resta altro luogo che ti debba esser più dolce della patria; nè già meno dei amarla, perchè ella sia alquanto deforme; piuttosto sentirne pietà; nè essendo ella privata di molti chiari personaggi, privarla anche della tua vista. Da ultimo, se fu opera di grande animo il non esser venuto in atto di supplicante al vincitore, guarda bene non sia di superbo il disprezzare la sua liberalità; e se è cosa di uom saggio il vivere senza patria, non sia di alpestro il non desiderarla; e posciachè non puoi godere de' beni del pubblico, è pazzia non volere i privati. In somma delle somme, se cotesta tua vita ti pare più agiata, dei però pensare non forse ella non sia più sicura. Grande è la licenza

locis minor etiam ad facinus verecundia. Mihi salus tua tantae curae est, ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim. Tuum est consulere temporibus, et incolumitati, et vitae, et fortunis tuis. Vale.

CDLXIX. (Ad Div. IV, 4)

Argumentum. Sulpicii excusatione literarum saepius uno exemplo datarum partim accepta, partim reiecta, ipsiusque elegantia scribendi laudata, probat illius consilium, administrationem Achaiae provinciae in se recipiendi. Deinde narrat de senatus in Marcelli restitutione a Caesare impetranda officio; de studiis Servii filii, et aliis rebus.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII, M. Sept. exeunte.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur saepius ad me literas uno exemplo [1] dedisses: sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. Illam partem excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas saepius mittere, nec nosco [2], nec probo. Et ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) divitias orationis habere dicis, me non esse verborum admo-

dell'armi; e oltre a ciò ne' luoghi strani i facinorosi sono al male men ritenuti. Io nella cura del tuo bene terrò tali modi, che il fratel tuo Marcello non mi starà sopra, o certo io sarò il primo dopo di lui. A te s'appartiene aver rispetto alle circostanze, al tuo ben essere, alla vita ed alle sostanze. A Dio.

CDLXIX. (A Div. IV, 4)

Argomento. Accettata in parte, e in parte rigettata la scusa che Sulpicio adduceva del suo scrivere il più delle volte le medesime lettere, e lodata l'eleganza dello stile di lui, ne approva la determinazione di addossarsi l'amministrazione dell'Acaia. Indi accenna la sollecitudine del Senato per ottenere da Cesare il richiamo di Marcello; gli studi di Servio figliuolo, ed altre cose.

Scritta da Roma l'anno DCCVII, sul finir del mese di Settembre.

M. T. CICERONE A SER. SULPIZIO S.

Accetto la scusa che mi allegasti dell'avermi scritto molte lettere [1] copiando l'una dall'altra; ma te la passo da quel lato, senza più, che (come scrivi) o per negligenza, o per malizia di quelli a cui le consegni, non mi sono portate. Ma l'altra parte della scusa, dove mi dici che per povertà (come la chiami) di parole, tu mi mandi più copie della medesima lettera, nè la riconosco nè te la fo buona. Conciossiachè io medesimo, al quale tu berteggiando (così l'intendo io) assegni il regno delle parole, e conosco bene di non patirne

dum inopem agnosco: εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est: sed tamen idem (nec hoc εἰρωνευόμενος[3]) facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae[4]. Consilium tuum, quo te usum scribis, hoc Achaicum negotium[5] non recusavisse, quum semper probavissem, tum multo magis probavi, lectis tuis proximis literis. Omnes enim causae, quas commemoras, iustissimae sunt, tuaque et auctoritate et prudentia dignissimae. Quod aliter cecidisse rem existimas[6], atque opinatus sis; id tibi nullo modo assentior. Sed quia tanta perturbatio et confusio est rerum, ita perculsa[7] et prostrata foedissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, ac sibi quisque[8] miserrimus esse videatur; propterea et tui te consilii poenitet, et nos, qui domi sumus, tibi beati videmur: at contra nobis, non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus. Atque hoc ipso melior est tua, quam nostra conditio, quod tu, quid doleas[9], scribere audes; nos ne id quidem tuto possumus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius; sed ipsius victoriae, quae civilibus bellis semper est insolens. Vno te vincimus[10], quod de Marcelli, collegae tui[11], salute, paullo ante, quam tu, cognovimus: etiam mehercule, quod, quemadmodum ea res ageretur, vidimus. Nam sic fac[12] existimés: post has miserias, id est, postquam armis disceptari coeptum est de iure publico,

troppo difetto (conciossiachè *il dissimularlo* sarebbe vano), io medesimo (e non parlo *per dissimulazione*) cedo senza difficoltà alla sottigliezza [2] ed eleganza delle tue scritture. Io avea già sempre approvato il partito da te preso di non ricusare la briga dell'Acaia [3]; ma l'approvai troppo più, dopo lette le tue ultime lettere, da che tutte le ragioni che tu mi metti innanzi, sono giustissime e degnissime della tua autorità e prudenza. Quello che tu di', la riuscita non aver bene risposto alla tua opinione, non posso assentirtelo. Ma perchè tanto è il rovesciamento e la confusion delle cose, e tutte (colpa di questa vituperosissima guerra) giacciono così fracassate e atterrate, che quel luogo dove sta chicchessia, gli pare di tutti il più tristo; per tanto e tu sei pentito del preso consiglio, e noi che siamo qui in casa, a te paiamo beati: dove in contrario tu pari a noi, non dico già affatto libero di fastidii, ma verso di noi posto nella bambagia. Ed in questo si vantaggia dal nostro lo stato tuo, che tu puoi scrivere di quel che ti duole; laddove nè eziandio questo noi non possiamo fare sicuramente. Il che non è per colpa del vincitore, che è il più moderato uomo del mondo [4], ma di essa vittoria, la quale nelle guerre civili è sempre petulante. In sola una cosa noi ti abbiam vantaggiato, nell'aver un po' prima di te saputo della grazia fatta al tuo collega Marcello [5]; anzi, in fede mia, veduto con gli occhi nostri tutto l'andamento dell'affare: imperocchè fa pur tuo conto che dopo le presenti miserie (cioè da che s'è messo mano a deliberare della ragion pubblica con le spade), niente altro

nihil esse actum aliud [13] cum dignitate. Nam et ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli [14] (sic enim appellabat), laudataque honorificentissime et aequitate tua, et prudentia, repente praeter spem dixit, se senatui roganti de Marcello, ne hominis [15] quidem causa negaturum. Fecerat autem hoc senatus, ut, quum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, et quum C. Marcellus [16] se ad Caesaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret [17], et ad Caesarem supplex accederet. Noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam viderer videre quasi reviviscentis rei publicae. Itaque quum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent, praeter Volcatium [18] (is enim id eo loco negavit se facturum fuisse [19]); ego rogatus mutavi meum consilium. Nam statueram, non mehercule inertia, sed desiderio pristinae dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium et Caesaris magnitudo animi, et senatus officium. Itaque pluribus verbis egi Caesari gratias [20]; meque, metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto otio privarim [21], quod erat unum solatium in malis. Sed tamen, quoniam [22] effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tacerem; modice hoc faciam, aut etiam intra modum [23], ut et illius voluntati, et meis studiis serviam. Nam etsi a prima aetate me omnis ars

Argumentum. 1 Excusat Caecina filium, quod librum suum Querelarum Ciceroni sero reddiderit. 2 Queritur, sibi Caesarem irasci, quod antea in eum scripserit, quum ignoverit iis, qui contra ipsum deos precati sint. 3 Rursus omissam repetit libri sui mentionem, et quam parce de Cicerone, quam timide de Caesare scripserit, ostendit. 4 Se non iturum in Asiam, Cicerone suadente, confirmat. 5 Rogat tandem ut reditum sibi impetret; 6 nec librum exire patiatur, nisi correctum ita, ne sibi noceat.

sia che vuole, io giudico che tu ti rimanga in Sicilia. La vicinanza de' luoghi ti può dar mano ad ottenere, scrivendo spesso e mandando, ovvero (avutane la grazia, siccome spero, e racconce in altro modo le cose) agevolare il presto ritorno. Il perchè io non ti lascio un dubbio al mondo del tener costì posta ferma.

2 Ti terrò con ogni diligenza raccomandato a T. Furfanio Postumo [4], mio amico, ed a' suoi legati altresì miei amici, quando essi saranno qui: da che ora sono tutti in Modena. Egli sono specchiate persone, e teneri de' tuoi pari, e tutti cosa mia. Se nulla mi occorrerà che io giudichi essere di tuo bene, ogni cosa farò per me stesso; in quello che non saprò, e che mi fia mostrato, io mi lascerò nel zelo tutti altri addietro. E quantunque a Furfanio io parlerò de' fatti tuoi di presenza per forma che a te non fa punto bisogno di lettere a lui; tuttavia per compiacere a' tuoi, che vogliono che tu ti rappresenti a lui con mie lettere, eccotene una da' piè [5].

CDLXXVII. (A Div. VI, 9)

Argomento. Raccomanda Cecina a Furfanio.

Scritta da Roma sul finir dell' anno DCCVII.

M. T. CICERONE A T. FURFANIO PROCONSOLO [1] S.

Io sono sempremai stato con A. Cecina ugna e carne: essend' io stato assai intrinseco eziandio di suo pa-

Scr. Romae A. V. C. DCCVII exeunte.

A. CAECINA M. CICERONI S. D.

1 Quod tibi non tam celeriter liber [1] est redditus, ignosce timori nostro, et miserere temporis. Filius, ut audio, pertimuit, neque iniuria, si liber exisset (quando [2] non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur), ne ea res inepte [3] mihi noceret; quum praesertim adhuc stili poenas dem [4].

2 Qua quidem in re singulari sum fato. Nam quum mendum scripturae litura tollatur, stultitia fama multetur [5]; meus error exsilio corrigitur [6]: cuius summa criminis est, quod armatus adversario maledixi. Nemo nostrum est, ut opinor, quin vota Victoriae [7] suae fecerit; nemo, quin, etiam quum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Caesar superaretur, optarit [8]. Hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est [9]; si scit et persuasus est, quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, quum ignorit omnibus, qui multa deos venerati sint [10] contra eius salutem?

3 Sed, ut eodem revertar, causa haec fuit timoris. Scripsi de te parce, mediusfidius, et timide, non revocans me ipse [11], sed paene refugiens. Genus autem hoc scripturae non modo

Scritta da Roma sul finir dell'anno DCCVII.

A. CECINA A M. CICERONE S.

1 Se il libro non ti fu consegnato sì presto, perdonalo al nostro timore, ed abbi pietà del tempo presente. Egli è stato che, come odo dire, il figliuolo ebbe paura (e non ha torto, pubblicandosi esso libro in tal tempo in cui quello che monta non è già con qual animo altri abbia scritto, ma in qual parte vorrà essere ricevuto) non forse il farlo, in luogo di utilità, mi portasse pericolo; massimamente che io mi sto pagando tuttavia la pena del mio scrivere [1].

2 Nel che veramente io m'ho disdetta singolare dagli altri: imperocchè, laddove un fallo di penna si toglie cancellando, ed una pazzia si punisce coll' aver nome di pazzo, il mio sbaglio correggesi con l'esiglio; e il tutto del fallo sta qui, che io essendo in arme ho detto male del mio avversario. Non è alcuno di noi, come penso, che non abbia fatto voti per avere vittoria; nessuno il quale (facendo eziandio sagrifizio per altra cosa) non abbia però in quel medesimo desiderato che Cesare quanto prima fosse disfatto. Se egli non crede la cosa esser così, egli è l'uom più beato del mondo; se lo sa e ne è persuaso, or come tien egli cruccio contro a chi scrisse qualcosa contro la sua volontà, dopo aver perdonato a tutti coloro che fecero sagrifizi agli Dei [2] contro la sua salute?

3 Ma per ricondurmi donde partii, la cagion del timore fu questa. Di te ho io scritto [3], in mia coscienza, riserbato e timidamente, non con animo da te rivoltato, ma che quasi mi rifuggiva. Or chi non sa,

liberum, sed incitatum atque elatum [12] esse debere, quis ignorat? Solutum existimatur esse, alteri maledicere; tamen cavendum est, ne in petulantiam incidas [13]: impeditum, se ipsum laudare, ne vitium arrogantiae subsequatur: solum vero liberum, alterum laudare; de quo quicquid detrahas, necesse est, aut infirmitati, aut invidiae assignetur. Ac nescio, quum timide fecerim [14], an tibi gratius opportuniusque acciderit. Nam quod praeclare facere non poteram, primum erat, non attingere: secundum [15], quam parcissime facere. Sed tamen ego quidem me sustinui. Multa minui; multa sustuli; complura ne posui quidem. Quemadmodum igitur scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos male haerentes relinquas, ruinae periculum struas, non ascensum pares; sic tot malis quum vinctum [16], tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? Quum vero ad ipsius Caesaris nomen veni, toto corpore contremisco, non poenae metu, sed illius iudicii [17]. Totum enim Caesarem non novi. Quem putas animum esse, ubi secum loquitur? [18] — Hoc probabit; hoc verbum suspiciosum est. Quid, si hoc muto? [19] at vereor, ne peius sit. Age vero, laudo aliquem: num offendo? Quum porro offendam, quid, si non vult? [20] Armati stilum persequitur: victi et nondum restituti quid faciet? — Auges etiam tu mihi timorem, qui

questo genere di scrittura non solo convenire esser libero, ma risentito ed elevato? Generalmente si crede, al dir male d'altrui lo scrittore essere licenziato, ed è tuttavia da temere non forse caschi nella temerità: il lodar se medesimo ha le pastoie, che se n'acquisterebbe nota di arrogante: il lodare altrui senza più è libero; nel che sottraendo tu qualche cosa, egli è forza che o a debolezza ti sia repatato, ovvero ad invidia. Ma io non so se questa cosa a te sia tornata anzi più cara e più acconcia: imperocchè de' due benefizi, l'uno era, di te nulla dire (or questo non m'era al tutto possibile); l'altro, il parlarne più ritenuto che mai potessi; e questo ben feci di tenermi indietro; e molte cose ho affievolite, molte levate via, e più altre nè eziandio nominate. Ora a quel modo che nelle scale, se tu levi alcuni gradini, alcuni ne tagli, ed altri ne lasci di mal connessi, tu non daresti via da salire, ma da fiaccare il collo; così un affetto di scrivere così soperchiato da' mali, così affogato, che potrebbe far sonare alle orecchie da poterlo sentire e aggradire? Quando poi io nomino Cesare, io tremo tutto come verga, non per paura di pena, ma del suo giudizio: posciachè di quell'uomo io non so andare al fondo. Or come credi tu che io mi stia d'animo, quando dico meco medesimo: Questa cosa dovrebbe gradirla; questa parola può dargli ombra: muto io dunque? ma non vorrei fosse peggio. Ma via, se io lodo uno, l'offendo per questo? no certo offenderlo; ma e se esser lodato non vuole? Egli me ne ha preso cagione addosso, da quello che io scrissi essendo armato: che sarà ora che sono vinto, e non ancora ribandito? — Ma e tu medesimo

in Oratore tuo caves tibi per Brutum, et ad excusationem socium quaeris [21]. Vbi hoc omnium patronus facis [22]; quid me veterem tuum, nunc omnium clientem [23] sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris [24], et caecae suspicionis tormento, quum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quam difficile sit evadere [25], si minus expertus es, quod te ad omnia summum atque excellens ingenium armavit, nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, et auferret, aut ea conditione daret, si reciperes, te correcturum, hoc est, si totum alium faceres.

4 De Asiatico itinere [26], quamquam summa necessitas premebat, ut imperasti, feci.

5 Te pro me quid horter? vides, tempus venisse, quo necesse sit de nobis constitui. Nihil est, mi Cicero, quod filium meum exspectes. Adolescens est: omnia excogitare, vel studio [27], vel aetate, vel metu, non potest. Totum negotium tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est. Tu, pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Caesar, tenes: a te omnia proficiscantur, et per te ad exitum perducantur, necesse est. Apud ipsum multum, apud eius omnes plurimum potes. Vnum tibi si persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris, ut facias (quamquam id magnum et amplum est),

mi fai temer più, che nel tuo Oratore ti difendi appellando a Bruto 4, e accatti cagion di scusa dall'averlo avuto compagno. Ora se questo fai tu, avvocato di tutti, che avrò a far io, stato già tuo cliente, ed ora di tutti? Adunque in questo scrupolo del mio timore, e in questo cieco sospetto che mi tormenta (dovendosi nello scrivere sguardare a quello che gli altri ne giudicheranno, non alla propria coscienza), quanto sia difficile portarla netta, se nol sai tu ab esperto, perchè il tuo sommo ed altissimo ingegno ti armò contro ogni caso, certo mel sento io. Tuttavia io avea detto al figliuolo che ti dovesse leggere il mio libro, e portarnelo; ovvero tel mettesse in mano a patto che tu promettessi di correggerlo, cioè rifarlo tutto in un altro.

4 Circa il viaggio dell'Asia 5, quantunque io era tra l'uscio e 'l muro, ho fatto come mi comandasti.

5 Or quanto a me, di che ti pregherò io? tu ben vedi venuto il tempo che a qualcosa si dee por mano. Egli è inutile, il mio Cicerone, che tu aspetti il mio figliuolo: egli è un giovanone cresciuto innanzi al senno; nè per istudio fatto, nè per l'età, nè pel timore, non può vedere tutto. Egli è bisogno che tu meni tutta questa faccenda; io non ho speranza fuori di te. Tu pel tuo avvedimento sai bene quello che gusti a Cesare, ed a qual amo sia da pigliare; io m'aspetto da te ogni cosa, tu solo dei recarle a buon fine. Tu sei appo lui in grande stato, e troppo più appo tutti suoi amici. D'una sola cosa dei persuaderti, di non aver tolto a far una cosa di che fosti pregato (quantunque e ciò sia un gran che ed orrevole), ma sì d'esserti tu

sed totum tuum esse onus [28], perficies: nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed utrique rei excusationem tuae vitae consuetudo dat. Nam quod ita consuesti [29] pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares.

6 Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat; aut ita corrigas, ne mihi noceat.

CDLXXIX. (Ad Div. VI, 5)

Argumentum. Caecinae librum accepisse significat, eumque exsulem consolatur, et bene sperare de se et fortunis suis iubet.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII exeunte.

M. T. CICERO A. CAECINAE S. D.

Quotiescumque filium tuum video (video autem fere quotidie), polliceor ei studium quidem meum et operam, sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis; gratiam autem atque auctoritatem, cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque possim. Liber tuus [1] et lectus est, et legitur a me diligenter, et custoditur diligentissime. Res et fortunae tuae mihi maximae curae sunt; quae quidem quotidie faciliores

caricato di tutto cotesto peso; e ti verrà fatto ogni cosa. Se già non fosse che, o come sciagurato, troppo all'impazzata, o come amico, troppo a sicurtà, t'ho io imposto tal carico. Ma il tenor perpetuo della tua vita mi scuserà da ambedue questi falli: imperocchè l'esser tu stato sempremai uso di darti travaglio pe' tuoi amici, fa che essi non pure si promettono tanto di te, ma ti fanno eziandio così fatti comandi.

6 Quanto al libro che mio figliuolo ti darà, nol lasciar uscire alla luce, ti prego; ovvero racconcialo per forma che non mi debba far danno.

CDLXXIX. (A Div. VI, 5)

Argomento. Accusa la ricevuta del libro di Cecina, lo consola nell'esiglio, e gli dà buona speranza di lui stesso, e dello stato di lui.

Scritta da Roma sul finir dell'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD A. CECINA S.

Tutte le volte che io veggo il figliuol tuo (il che fo quasi ogni dì), gli prometto bene il zelo e l'opera mia, senza eccettuar nè fatica, nè occupazione, nè tempo; ma la grazia ed autorità mia con questa eccezione: quanto mi verrà ottenuto, e potrò. — Il tuo libro s'è letto e si legge da me diligentemente [1], e diligentissimamente si guarda. I fatti tuoi e le fortune mi stanno a cuore quanto possono; le quali, credi, mi

mihi et meliores videntur: multisque video magnae esse curae, quorum de studio, et de sua spe filium ad te perscripsisse, certo scio. Iis [2] autem de rebus, quas coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse perspiciam [3], quam te videre atque intelligere mihi persuaserim: sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites; puto esse meum, quid sentiam, exponere. Ea natura rerum est, et is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi, aut ceteris, fortuna [4] esse diuturna; neque haerere in tam bona caussa, et in tam bonis civibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem, quam ex tuo ordine de te ipso habemus, non solum propter dignitatem et virtutem tuam (haec enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia), accedunt tua praecipua, propter eximium ingenium summamque doctrinam [5]; qui mehercules hic [6], cuius in potestate sumus, multum tribuit. Itaque ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo [7], quo delectatur, se violatum putasset. Quod ipsum lenitur quotidie; significaturque nobis ab iis, qui simul cum eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenii apud ipsum plurimum profuturam. Quapropter primum fac animo forti atque magno sis; ita enim natus, ita educatus [8], ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit: deinde spem

vengono diventando ogni dì di più agevole e vantaggiata riuscita; e veggo molti darsene molta cura, e son certo che del costoro zelo, e dello sperarne che fa egli, il tuo figliuolo t'ha scritto. Or quanto a ciò che congetturando si può ritrarre, io non mi arrogo di veder più e meglio di quello che io son certo essere da te provveduto e compreso; ma perocchè può avvenir troppo che tu ci ragioni sopra con l'animo un po' riversato, credo convenirmi di esporre a te quello che ne senta io. La natura delle cose è sì fatta, e tale l'andamento de' casi umani, che la presente fortuna nè per te nè per gli altri non può lungamente durare; nè in così buona causa e tanto dabben cittadini rimaner viva un'ingiuria cotanto acerba. Ora quella speranza che straordinaria portiamo di te, è rincalzata non pure dalla tua dignità [2] e dalla virtù (i quali pregi tu hai altresì comuni con altri), ma e da altre ragioni che tu hai in proprio, la mercè del miracoloso tuo ingegno e somma virtù; delle quali cose il Sere [3], alle cui mani noi siamo, fa grandissimo capitale: e pertanto tu non saresti, nello stato che sei, durato un momento, se appunto da questa tua eccellenza, della quale si diletta, egli non si reputasse offeso. E tuttavia ciò medesimo si viene ogni dì rammollendo [4]: onde i suoi intrinsechi mi fanno credere che questa medesima opinione che egli ha del tuo ingegno, assaissimo tel dee conciliare. Adunque, la prima cosa, piglia grande animo e forte: conciossiachè tu se' nato in tal luogo, tale educazione e scuola avuta, e tale ti se' fatto conoscere, che al tutto ti è richiesto di farlo; oltre a

quoque habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi omnia liberisque tuis paratissima esse, confidas velim. Id enim et vetustas nostri amoris, et mea consuetudo in meos, et tua multa erga me officia postulant.

CDLXXX. (Ad Div. IV, 11)

Argumentum. Marcellus significat, se plus Ciceronis, quam fratris, hortatu commotum in causa reditus fuisse: literas etiam, restitutionis nuntias, et gratulationem, et amicorum benivolentiam, maxime Ciceronis, sibi admodum placere, et gratam semper fore.

Scr. Mitylenis A. V. C. DCCVII exeunte.

M. MARCELLVS M. CICERONI S. D.

Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem, quum in omni re, tum in hoc maxime negotio [1], potes existimare. Quum mihi C. Marcellus, frater amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret [2]; non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum literis, ut uterer vestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta [3], vestrae literae mihi declarant [4]. Gratulatio tua etsi est mihi probatissima, quod ab optimo fit animo; tamen hoc mihi multo iucundius est et gratius, quod in summa paucitate amicorum, pro-

ciò, per le ragioni che ho detto, stammi ad assai ferma speranza. Quanto a me, vivi sicuro che quanto io hò e sono, tutto è per te e pe' tuoi figliuoli; il qual dovere mi dà il vecchio amor nostro, la usanza mia con gli amici, e' servigi che tanti ho da te ricevuti.

CDLXXX. (A Div. IV, 11)

Argomento. Marcello dichiara che si sentì commosso pel suo ritorno più dalle esortazioni di Cicerone che del fratello; e che le lettere che annunziavano il suo richiamo, le congratulazioni e l'amore degli amici, massimamente di Cicerone, gli sono andati a sangue, e gli saranno sempre graditi.

Scritta da Mitilene sul finir dell'anno DCCVII.

M. MARCELLO A M. CICERONE S.

Come la tua autorità abbia sempre avuto nell'animo mio grandissimo peso, tu dei aver potuto conoscerlo in tutte le cose, ma in questa singolarmente [1]. Quantunque C. Marcello, fratel mio che mi vuol tutto il suo bene, non pure mi confortasse, ma stancassemi con preghiere, non potè mai recarmi a quello a che sole mi condussero le tue lettere, di seguitare per migliore il vostro consiglio. Come la cosa sia andata, l'ho veduto dalle tue lettere. Ora sebbene la tua congratulazione mi sia carissima, per venire da ottimo cuore; tuttavia m'è troppo più grato e giocondo, che essendo stati pochissimi gli amici, parenti e familiari [2] i quali per lo mio bene operassero da cuore, te ho io trovato

pinquorum ac necessariorum, qui vere meae saluti faverent, te cupidissimum mei, singularemque mihi benivolentiam praestitisse cognovi. Reliqua sunt eiusmodi [5], quibus ego, quoniam haec erant tempora, facile et aequo animo carebam: hoc vero eiusmodi esse statuo, ut sine talium virorum et amicorum benivolentia, neque in adversa, neque in secunda fortuna quisquam vivere possit. Itaque in hoc [6] ego mihi gratulor. Tu vero ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi praestabo. Vale.

CDLXXXI. (Ad Div. XIII, 11)

Argumentum. Commendat Bruto vectigalia, quae Arpinates in Gallia habebant; et legatos qui ad ea exigenda proficiscebantur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO BRVTO [1] S. P. D.

Quia semper animadverti, studiose te operam dare, ut ne quid meorum [2] tibi esset ignotum: propterea non dubito, quin scias, non solum cuius municipii sim, sed etiam, quam diligenter soleam meos municipes, Arpinates, tueri. Quorum quidem omnia commoda, omnesque facultates, quibus et sacra conficere, et sarta [3] tecta aedium sacrarum, locorumque communium tueri possint,

che più si consumasse di rivedermi, e mi prestasse una singolare benevolenza. Del resto i tempi son così fatti, che io di tutte altre cose tranquillamente e senza dolore viveva senza. Ben ho io fermato questo giudizio, che senza l'amore di così fatte persone ed amici, sia nella prosperità, sia nell'avversità, non è possibil di vivere. Di questo adunque mi consolo io medesimo. Quanto a te, io terrò tali modi, che tu dovrai confessare d'aver fatto servigio al maggiore de' tuoi amici. A Dio.

CDLXXXI. (A Div. XIII, 11)

Argomento. Raccomanda a Bruto le rendite che gli Arpinati aveano nella Gallia, e i deputati che andavano a riscuoterle

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A BRUTO S.

Conciossiachè io abbia sempremai conosciuto, come tu fai studiosamente ogni opera che delle cose mie nessuna ti fugga d'occhio; pertanto io non ho dubbio che tu non sappia non solo di qual municipio io mi sia, ma eziandio con quanto studio io sia usato favorire i miei borghesi di Arpino [1]; e tu dei sapere che tutti i loro vantaggi, tutte le rendite da sopperire al culto degli Dei, e da mantenere ben riparati i luoghi santi ed i luoghi del Comune, dimorano nelle

consistunt in his vectigalibus, quae habent in provincia Gallia [4]. Ad ea visenda, pecuniasque, quae a colonis debentur, exigendas, totamque rem et cognoscendam et administrandam legatos equites Romanos misimus Q. Fufidium, Q. F., M. Faucium, M. F., Q. Mamercum, Q. F. Peto a te in maiorem modum, pro nostra necessitudine, ut tibi ea res curae sit, operamque des, ut per te quam commodissime negotium municipii administretur, quam primumque conficiatur; ipsosque, quorum nomina scripsi, ut quam honorificentissime, pro tua natura, et quam liberalissime tractes. Bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris, municipiumque gratissimum beneficio tuo devinxeris: mihi vero etiam eo [5] gratius feceris, quod quum semper tueri municipes meos consuevi, tum hic annus praecipue ad meam curam officiumque pertinet. Nam constituendi municipii causa, hoc anno aedilem filium meum fieri volui, et fratris filium, et M. Caesium, hominem mihi maxime necessarium: is enim magistratus in nostro municipio, nec alius ullus creari solet [6]; quos cohonestaris, in primisque me, si res publica [7] municipii, tuo studio, diligentia, bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

gabelle che hanno nella provincia delle Gallie. A far la veduta di queste cose, a riscuotere i danari che i coloni debbon pagare, ed a conoscere tutti gli affari e ben negoziarli, mandammo in ufizio di legati i cavalieri romani Q. Fufidio di Q., M. Faucio di M., Q. Mamerco di Q. Adunque per la nostra amicizia, nel maggior modo che posso, ti prego che tu di ciò ti pigli pensiero; e che tu dii opera che questa bisogna del municipio per opera tua sia menata col maggior vantaggio, e spedita spacciatamente; e che le nominate persone sieno da te, secondo tua natura, col maggior onore e liberalità possibile ricevute. Così ti sarai acquistati amici de' dabben personaggi, e con questo benefizio obbligato a te un municipio gratissimo: a me poi avrai fatto un piacer vie maggiore per questo, che oltre ad essere stato io sempre solito dar di spalla a' miei borghesi, quest' anno m' impone una cura ed un servigio speziale. Conciossiachè per rimettere in sesto cotesto municipio, io ho voluto che per questo anno il figliuol mio fosse fatto edile, e con lui mio nipote, e M. Cesio persona tutta mia (da che questo magistrato, senza più [2], suol esser creato nel mio municipio). Or a coteste persone avrai tu fatto onore, ed a me soprattutto, se le cose di quel Comune, per tuo zelo e diligenza, sieno bene amministrate. Il che con quanto ho di efficacia e di forza ti prego che tu voglia fare

CDLXXXII. (Ad Div. XIII, 12)

Argumentum. Q. Fufidium Arpinatis municipii legatum, qui tribunus militum in Cilicia fuerat, diligenter commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO BRVTO S. P. D.

Alia epistola [1] communiter commendavi tibi legatos Arpinatium, ut potui diligentissime: hac separatim Q. Fufidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo; non ut aliquid de illa commendatione diminuam [2], sed ut ad hanc addam. Nam et privignus est M. Caesii, mei maxime et familiaris et necessarii, et fuit in Cilicia mecum tribunus militum [3]: quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse. Est praeterea (quod apud te valet plurimum) a nostris studiis non abhorrens. Quare velim, eum quam liberalissime complectare; operamque des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quam maxime eius excellat industria. Vult enim (id quod optimo cuique natura tributum est) quam maximam laudem, quum a nobis, qui eum impulimus, tum a municipio consequi: quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit consecutus.

CDLXXXII. (A Div. XIII, 12)

Argomento. Raccomanda con premura Q. Fufidio, deputato del municipio Arpinate, il quale era stato tribuno de' soldati in Cilicia.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A BRUTO S.

Io t'avea con altra lettera raccomandato in generale i legati di que' d'Arpino, con quanto ardore ho potuto; con questa ti raccomando in proprio e con più ardore Q. Fufidio, col quale io sono legato con ogni ragion d'amicizia: non già che con questa raccomandazione io intenda nulla levar della prima, ma per più mio rincalzo; massime che egli è figliastro di M. Cesio, mio sommo amico ed intrinseco, e fu altresì meco in Cilicia [1] tribun de' soldati; nel qual grado egli si portò per forma, che io mi tenni non aver fatto a lui, sì da lui ricevuto un benefizio. Oltre a ciò (e questo val molto appo di te), egli non è strano da' nostri studi. Per la qual cosa io amerei che tu mel togliessi a favorirlo con ogni maggiore liberalità; e che facessi in modo che in quella legazione (da lui presa a suo sconcio, per compiacer pure a me) alla sua industria fosse dato campo amplissimo da farsi onore: da che egli intende (secondo che dà la natura a tutte le persone eccellenti) acquistare la maggior laude sì da me, che vel confortai, e sì da esso municipio; il che a lui verrà fatto se questa mia raccomandazione t'avrà riscaldato a dargli favore.

CDLXXXIII. (Ad Div. XIII, 13)

Argumentum. L. Castronium Paetum, Lucensem municipem, commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO BRVTO S. P. D.

L. Castronius Paetus [1], longe princeps municipii Lucensis, est honestus, gravis [2], plenus officii, bonus plane vir, et quum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem diligentius. Quare ut et meum amicum, et [3] tua dignum amicitia, tibi commendo. Cui quibuscumque rebus commodaveris, tibi profecto iucundum, mihi certe erit gratum. Vale.

CDLXXXIV. (Ad Div. XIII, 14)

Argumentum. Petit, ut exactionem eius pecuniae, quam L. Straboni P. Cornelius debebat, suo studio et diligentia curet.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO BRVTO S. P. D.

L. Titio [1] Strabone, equite Romano, in primis honesto et ornato [2], familiarissime utor. Omnia

CDLXXXIII. (A Div. XIII, 13)

Argomento. Raccomanda L. Castronio Peto del municipio di Lucca.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A BRUTO S.

Lucio Castronio Peto (primo fuor di ogni paragone del municipio di Lucca [1]) è persona nobile, grave, al sommo officioso, al tutto una perla; e come egli è di virtù, così eziandio ben fornito a danari, se ciò può valer punto nel caso nostro: mio domestichissimo è poi per forma, che non c'è alcuno del nostro ordine cui egli più caldamente onori di me. Il perchè e come mio amico, e come degno della tua amicizia, tel raccomando. Al qual facendo tu in checchessiasi servigio, e tu n'avrai (tel prometto) piacere, ed io l'avrò certo carissimo. A Dio.

CDLXXXIV. (A Div. XIII, 14)

Argomento. Lo prega che con tutta la premura e diligenza procuri la riscossione del denaro che P. Cornelio doveva a L. Strabone.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A BRUTO S.

Io son corpo ed anima con L. Tizio Strabone, orrevolissimo ed ornato cavaliere romano, al quale non

mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res a Volcatio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est [3]. Peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua, ut negotium conficiendum cures; ipse suscipias, transigas, operamque des, quoad [4] tibi aequum et rectum videbitur, ut quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosque perveniat. Id et mihi gratissimum erit, et tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curae sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

CDLXXXV. (Ad Div. XIII, 17)

Argumentum. Manium Curium Servio Sulpicio, Achaiae praesidi, commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO [1] S. P. D.

M' Curius [2], qui Patris negotiatur, multis, et magnis de causis a me diligitur. Nam et amicitia pervetus mihi cum eo est, ut primum in forum venit [3], instituta; et Patris, quum aliquoties an-

è dover di stretta amicizia che non mi leghi. Egli ha nella tua provincia un credito da P. Cornelio. Volcazio, che tien ragione in Roma, gli voltò questa detta nelle Gallie. Io dunque, con più calore che non farei in cosa mia (ed è ben cosa più orrevole darsi briga del danaro degli amici che del proprio), ti prego che tu vegga di dare spaccio all'affare; che tel pigli sopra di te, conchiuda, e dii opera che (infra i termini del convenevole e del giusto) il liberto di Strabone, mandato per questo, possa venirne a capo alle condizioni più vantaggiate, e gli sia numerato il danaro. Tu me n'avrai fatto il maggior piacere del mondo, e tu medesimo troverai L. Tizio degnissimo della tua amicizia. Nella qual cosa, come tu se' solito fare di tutte quelle che sai essermi care, io ti prego e te ne fo la maggior pressa del mondo, che tu vuogli porre ogni cura.

CDLXXXV. (A Div. XIII, 17)

Argomento. Raccomanda Manio Curio a Servio Sulpicio prefetto dell'Acaia.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A SERVIO SULPIZIO [1] S.

Io amo M. Curio [2], trafficante in Patrasso; ed ho molte e gravi ragioni di farlo: conciossiachè m'è amico di lunghissimi tempi davanti, cioè fin da quando si fu messo nel foro; ed in Patrasso, sì per innanzi assai

tea, tum proxime hoc miserrimo bello [4] domus eius tota mihi patuit; qua si opus fuisset, tam essem usus, quam mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quod est Attici nostri familiarissimus, eumque unum praeter ceteros observat ac diligit. Quem si tu iam forte cognosti, puto me hoc, quod facio, facere serius. Ea est enim humanitate et observantia, ut eum tibi iam per se ipsum [5] commendatum putem. Quod tamen si ita est, magnopere a te quaeso, ut ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quam maximus post, mea [6] commendatione, cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam suam minus se tibi obtulit, aut nondum eum satis habes cognitum, aut quae [7] causa est, cur maioris commendationis indigeat; sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio quemquam, neque iustioribus de causis commendare possim. Faciamque id, quod debent facere ii, qui religiose, et sine ambitione commendant. Spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meque recipio, eos esse M' Curii mores, eamque tum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum et amicitia tua, et tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certe gratissimum feceris, si intellexero, has literas tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse.

volte, e sì novellamente in questa misera guerra, tutta la sua casa stava a mia posta; ed io, bisognandomi, ne avrei fatto come di casa mia. Ma il legame che a lui più mi strinse, quasi d'una cotal sagra amicizia, si è l'esser lui intrinsechissimo di Attico nostro, e lui solo soprattutti ama ed onora. Di che se tu per avventura l'hai già conosciuto, veggo questo mio ufizio essere troppo tardo: da che egli è di tale bontà ed osservanza, che io l'ho per raccomandato a te già per se stesso. Tuttavia, se la cosa è come dissi, ti prego con tutto l'ardore che sopra quell' affezione che prima di questa mia lettera io vo' credere che tu gli abbi portata, tu lasci aggiugnere un colmo larghissimo dalla mia presente raccomandazione. Che se egli, a cagione della sua modestia, usò teco a riguardo, ovvero non ne hai anche piena conoscenza, o per checchè sia altra causa, egli ha bisogno di più viva raccomandazione; io tel raccomando per forma, che nè con più ardore, nè per più giuste ragioni potrei nessun altro raccomandare. E farò quello che debbono fare que' che raccomandano in vera coscienza e senza piagenteria: poichè ti prometterò, o piuttosto ti prometto e ti entro pagatore per lui, tali essere le maniere di M. Curio, tale e la sua probità e sì la gentilezza, che, conosciutolo, avrai a dire, lui essere degno della tua amicizia e di tanto calcata raccomandazione. Io avrò certo carissimo di conoscere che questa mia lettera sia tanto valuta appo di te, quanto scrivendola mi dava il cuore.

CDLXXXVI. (Ad Div. XIII, 18)

Argumentum. Gratias agit, quod optima in Atticum voluntate sit, quem dum commendari dicit necesse non esse, eo ipso valde commendat, quo Servius ei neque in Epiroticis, neque in aliis rebus desit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Non concedam, ut Attico nostro, quem elatum laetitia vidi, iucundiores tuae suavissime ad eum, et humanissime scriptae literae, fuerint, quam mihi. Nam etsi utrique nostrum prope aeque gratae erant; tamen ego admirabar magis, te, quasi [1] rogatus, aut certe admonitus, liberaliter Attico respondisses (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat), ultro ad eum scripsisse, eique nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detulisse. De quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoque causa facias, non debeo (nihil enim cumulatius fieri potest, quam polliceris); sed ne gratias quidem agere, quod tu et ipsius causa, et tua sponte feceris [2]. Illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem [3] unice diligo, non potest mihi non summe esse iucundum. Quod quum ita sit, esse gratum necesse est. Sed

CDLXXXVI. (A Div. XIII, 18)

Argomento. Lo ringrazia che sia tanto bene disposto a favore di Attico, del quale mentre dice non essere necessario di raccomandarlo, tanto più lo raccomanda, affinchè Servio non gli lasci mancar nulla, sia riguardo agli affari dell'Epiro, e sia degli altri.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO [1] S.

Non sarà unquemai vero che le tue lettere con ogni soavità e gentilezza scritte ad Attico nostro gli sien tornate più gioconde che a me; quantunque io l'abbia veduto gongolar d'allegrezza. Conciossiachè sebbene ambedue noi ne abbiam preso per poco uno stesso piacere; tuttavia io n'avea di più una gran maraviglia che tu (come se pregato, o almeno tastato, avessi risposto nobilmente ad Attico; ed io era ben certo che tu così avrestilo fatto) gli abbia altresì scritto per te medesimo, e proffertagli, fuor di ogni sua espettazione, tanto cordiale affezione. Della qual cosa non solamente io non debbo pregarti che tu lo faccia con più ardore, per rispetto di me (da che tu non potresti fare più là di quel che prometti), ma nè eziandio ringraziartene, avendol tu fatto per riguardo di lui e di tua volontà. Tuttavia dirò bene, quello che hai fatto, essermi stato gratissimo: da che il giudizio da te fatto di tale uomo, che io amo tenerissimamente, non può non essermi sommamente giocondo, e per conseguente anche grato mi dee tornare. Nondimeno, conciossiachè io, per la

tamen, quando [4] mihi pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet; utrumque eorum, quae negavi mihi facienda esse, faciam. Nam et ad id, quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest; et, quod modo verebar tibi gratias agere, nunc plane ago; teque ita existimare volo, quibuscumque officiis in Epiroticis [5] reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore.

CDLXXXVII. (Ad Div. XIII, 19)

Argumentum. Rogat, ut Lysonem, quem Attico commendaverat, in fidem et necessitudinem recipiat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus; quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam [1] cum aliis compluribus; familiaritas tanta nullo cum hospite: et ea quum officiis eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is quum Romae annum prope ita fuisset, ut mecum viveret, etsi eramus in magna spe, te meis literis commendationeque diligentissime facturum, id quod fe-

nostra dimestichezza posso in te peccare scrivendo; delle due cose che ho detto di non dover fare, farò l'una e l'altra: imperocchè a quelle cose che tu hai mostrato di voler fare per amore di Attico, ti prego di ricevere quella giunta che loro può esser fatta dall'amor nostro; e quello che io avea testè paura di fare, lo fo riciso, di ringraziarti; e voglio che tu faccia questa ragione, che con tutti que' servigi onde ti sarai obbligato Attico, per conto delle cose sue dell'Epiro e di tutte le altre di lui, avrai altresì a te obbligato anche me.

CDLXXXVII. (A Div. XIII, 19)

Argomento. Lo prega che riceva sotto la sua protezione e amicizia Lisone, che aveva già raccomandato ad Attico.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A SER. SULPIZIO S.

Io sono bene, ab antico, ospite di Lisone di Patrasso; e questa congiunzione intendo io di guardarmi religiosamente: tuttavia questa ragione ho io altresì con più altri, ma sì stretta comunione di ospizio con nessun altro; e questa ebbe da' molti servigi di lui, ed anche dall'usar di ogni dì ebbe tale rincalzo, che non è al mondo cosa più collegata della nostra domestichezza. Costui è vissuto meco in Roma forse un anno quasi nella casa medesima. Ora, quantunque io mi tenessi per poco sicuro che tu, per le mie lettere e per la raccomandazione, avresti fatto con ogni diligenza

cisti, ut eius rem et fortunas absentis tuerere: tamen quod in unius [2] potestate erant omnia, et quod Lyso fuerat in nostra causa [3], nostrisque praesidiis, quotidie aliquid timebamus. Effectum tamen est et ipsius splendore, et nostro reliquorumque hospitum studio, ut omnia, quae vellemus, a Caesare impetrarentur: quod intelliges ex iis literis, quas Caesar ad te dedit. Nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia; sed eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias. Cuius dubia fortuna timidius tecum agebamus, verentes, ne quid accideret eiusmodi, ut ne tu quidem mederi posses: explorata vero eius incolumitate, omnia a te summo studio curaque [4] peto. Quae ne singula enumerem, totam tibi domum commendo: in his adolescentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus [5], cliens meus, quum in calamitate exsilii sui Patrensis civis factus esset [6], Patrensium legibus adoptavit; ut eius ipsius hereditatis ius causamque tueare. Caput illud est, ut Lysonem, quem ego virum optimum gratissimumque cognovi, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo, ceterisque postea commendando, idem, quod ego, sis iudicii et voluntatis habiturus. Quod quum fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor,

quel medesimo che facesti, cioè di prestar favore (essendo lui fuori) alle cose e fortune sue; nondimeno, a cagione che Lisone era stato del mio stesso partito e nella medesima guarnigione, essendo ora ogni cosa in potere di un solo, noi vivevamo per conto di lui ogni giorno in sospetto. Tuttavia per la dignità di lui e nostra, e per lo zelo degli altri ospiti, ci venne fatto di impetrare da Cesare ogni cosa che dimandammo, come tu puoi veder dalle lettere di Cesare a te. Al presente, non pure punto nulla non allentiamo della nostra raccomandazione (come fossimo già in sicuro di tutto), ma sì con ogni maggiore sforzo più ti raddomandiamo che questo Lisone tu voglia ricevere nella tua grazia ed amicizia. Essendo la fortuna di lui ancora in puntelli, noi procedemmo teco alquanto a sospetto, non forse avvenisse di tali cose da non poterci nè eziandio tu metter riparo: ora, poi che egli s'è ben posto a sedere, esigo da te ogni ardore con la maggior calca che possa fartene. E per non toccar le cose per singula, ti raccomando tutta la famiglia sua, ed in ispezieltà il giovane figliuolo di lui, il quale C. Memmio Gemello [2], mio cliente, (essendo, nella calamità del suo esilio divenuto cittadino di Patrasso), si adottò secondo le leggi di quella città; pregandoti di voler conservargli la ragione dell'eredità di esso medesimo, nella causa che egli ci ha. Per recartela a oro, ti prego di ricever Lisone, da me ottimo uomo e gratissimo conosciuto, per tuo amico; il che qualora tu faccia, mi tengo sicuro che nell'amarlo, ed appresso raccomandarlo altrui, tu debba sentirne l'opinione e l'affezion medesima che ne sento io. Questa cosa io ardentemente desidero di veder fatta; e nel tempo me-

ne, si minus cumulate videbere fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse [7] putet, non te oblitum mei. Quanti enim me faceres [8], quum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere.

CDLXXXVIII. (Ad Div. XIII, 20)

Argumentum. Asclaponem medicum commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Asclapone Patrensi, medico, utor valde familiariter, eiusque quum consuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valitudine meorum [1]. In qua mihi quum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benivolentiaque satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, et a te peto, des operam [2], ut intelligat, diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

CDLXXXIX. (Ad Div. XIII, 21)

Argumentum. M. Aemilii rem familiarem, et in primis libertum eius Hammonium commendat.

desimo non vorrei che egli (caso che tu mostrassi nel suo servigio qualche mollezza) credesse piuttosto di me negligenza nel raccomandartelo, di quello che in te dimenticanza della mia raccomandazione: da che egli, si dal mio parlar d'ogni dì, e sì anche dalle tue lettere, ha potuto conoscere quanto io ti fossi carissimo.

CDLXXXVIII. (A Div. XIII, 20)

Argomento. Raccomanda il medico Asclapone.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Io uso assai alla domestica con Asclapone di Patrasso, medico [1]; e grata mi riesce non pure cotesta usanza con lui, ma eziandio l'arte sua, la quale ho sperimentata nella malattia de' miei; nel che, sì della detta scienza, come anche della lealtà e benevolenza sua rimasi ben soddisfatto. Adunque tel raccomando, e ti prego di fare in modo che egli senta averti io scritto di lui con instanza, e la mia raccomandazione essergli stata assai utile. Io l'avrò caro sopra ogni credere.

CDLXXXIX. (A Div. XIII, 21)

Argomento. Raccomanda i beni di M. Emilio, e principalmente il liberto di lui, Ammonio.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO S. P. D.

M. Aemilius Avianus [1] ab ineunte adolescentia me observavit, semperque dilexit, vir quum bonus, tum perhumanus, et in omni genere officii diligendus [2]. Quem si arbitrarer esse Sicyone, et nisi audirem ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cibyrae commorari, nihil esset necesse, plura me ad te de eo scribere. Perficeret enim ipse profecto suis moribus, suaque humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non minus, quam et a me, et a ceteris suis familiaribus. Sed quum illum abesse putem, commendo tibi in maiorem modum domum eius, quae est Sicyone, remque familiarem, maxime Caium Avianum Hammonium, libertum eius; quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam quum propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio et fide singulari; tum etiam in me ipsum magna officia contulit, mihique molestissimis temporibus [3] ita fideliter, benivoleque praesto fuit, ut si a me manumissus esset. Itaque peto a te, ut eum [Hammonium] et in patroni eius negotio sic tueare, ut eius procuratorem [quem tibi commendo [4]], et ipsum suo nomine diligas, habeasque in numero tuorum. Hominem

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SER. SULPIZIO S.

M. Emilio Aviano [1], fin dall' entrar nella adolescenza, mi osservò sempre ed amò; persona dabbene e gentilissima, e per ogni fatta di ufizi degno d'amore. Or se io credessi lui essere in Sicione, e non anzi udissi dire lui tener posta ferma in Cibira, là dove io lo lasciai, io non avrei punto bisogno di scriverti una parola più di lui; chè certo egli medesimo colle sue maniere e colla sua gentilezza si farebbe (senza raccomandarlo persona) amare da te, come fa da me, e dagli altri suoi amici. Ma essendomi avviso lui esser fuori, io ti raccomando più forte che posso la famiglia sua che dimora in Sicione, ed ogni fatto di casa sua; e soprattutto C. Aviano Ammonio suo liberto, il quale in ispezieltà, anche a nome di lui proprio, ti raccomando. Imperocchè io gli porto grande amore, sì per li servigi e per la fede singolare che presta al suo padrone, e sì ancora per conto di quel molto che egli fece verso di me, e per la tanto fedele e cordiale assiduità sua nel tempo delle mie maggiori calamità, quanto essendo stato da me francato. Ti prego adunque che tu voglia dar mano ad esso Ammonio nelle bisogne del suo padrone come suo procuratore, raccomandandolti io, e che lui medesimo tu ami per ragione sua propria, e lo tenga per uno de' tuoi. Tu

pudentem [5] et officiosum cognosces, et dignum, qui a te diligatur.

CDXC. (Ad Div. XIII, 22)

Argumentum. T. Manlium suo et Varronis nomine commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

T. Manlium, qui negotiatur Thespiis, vehementer diligo: nam et semper me coluit, diligentissimeque observavit, et a studiis nostris non abhorret. Accedit eo, quod Varro Murena magnopere eius causa vult omnia: qui ita [1] existimavit, etsi suis literis, quibus tibi Manlium commendabat [2], valde confideret; tamen mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidem quum Manlii familiaritas, tum Varronis studium commovit, ut ad te quam accuratissime scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui [3] tribuisti plurimum: id est, si T. Manlium, quam maxime, quibuscumque rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris, iuveris atque ornaveris. Ex ipsiusque praeterea gratissimis et humanissimis moribus confirmo tibi, te eum, quem soles, fructum a bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum.

troverai un uomo modesto e officioso, e degno che tu gli voglia tutto il tuo bene.

CDXC. (A Div. XIII, 22)

Argomento. Raccomanda T. Manlio a suo nome e di Varrone.

Scritta da Roma l' anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Io voglio un mondo di bene a T. Manlio, negoziante in Tespia [1], come colui che mi onorò sempremai ed osservò con ogni diligenza, e non è strano a' miei studi; ed è poco; ma Varrone Murena metterebbe per lui la mano nel fuoco. Ora, sebbene questo Murena [2] assai si promettesse delle sue lettere, con le quali ti raccomandò esso Manlio, tuttavia ha creduto che una mia raccomandazione non dovesse essere una vana giunta. E pertanto sospinto sì dalla amicizia di esso Manlio, e sì dal zelo di Varrone, mi recai a scriverti con l'accuratezza che io potessi maggiore. Tu dunque mi farai cosa carissima, se a questa mia raccomandazione darai tutto quel peso, quanto tu desti più mai a nessun' altra: cioè se tu il più ed in ogni cosa che tu possa, salva la giustizia e la dignità tua, darai di spalla ad esso T. Manlio, e fara'gli ogni bene. Ed oltre a ciò, ti prometto che dalle sue maniere piene di gratitudine e gentilezza tu caverai quel frutto che da' servigi delle buone persone tu sei solito di aspettare.

CDXCI. (Ad Div. XIII, 23)

Argumentum. Cossinium Anchialum libertum commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

L. Cossinio, amico et tribuli meo [1], valde familiariter utor. Nam et inter nosmetipsos vetus usus intercedit; et Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. Itaque tota Cossinii domus me diligit, in primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus [2], homo et patrono, et patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo, ut, si meus libertus esset, eodemque apud me loco [3] esset, quo est apud patronum suum, maiore studio commendare non possem. Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuveris. Id et mihi vehementer gratum erit, et tibi postea iucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate, observantiaque cognosces.

CDXCI.

(A Div, XIII, 23)

Argomento. Raccomanda il liberto Cossinio Anchialo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Io son corpo ed anima con Cossinio amico e della mia tribù, chè e tra noi due fu da un gran pezzo grande intrinsichezza, ed Attico nostro la strinse tuttavia più: onde io sono forte amato da tutta la famiglia di Cossinio, ed in ispezieltà dal liberto di lui L. Cossinio Anchialo, uomo dal padrone e dagli amici del padrone (de' quali io son uno) giudicato una perla. Cotesto adunque ti raccomando per forma, che con più ardore non potrei farlo, se e' fosse liberto mio, e tanto innanzi nella mia grazia, quanto egli è in quella del suo patrono. Per la qual cosa mi farai cosa gratissima di riceverlo per tuo amico, e di fargli bene (senza tuo sconcio, s'intende), se punto gliene facesse bisogno. Ciò avrò io assai caro, e tu ne sarai poscia contento: da che tu troverai in lui una persona di somma probità, gentilezza ed osservanza.

CDXCII. (Ad Div. XIII, 24)

Argumentum. Gratias agit Sulpicio, quod Lysonem sibi falso suspectum, quum eum sibi a Cicerone commendari vidisset, deposita suspicionis offensione, complexus sit, eumque denuo commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Quum antea capiebam ex officio meo voluptatem, quod memineram [1], quam tibi diligenter Lysonem, hospitem et familiarem meum, commendassem [2]; tum vero postea quam ex literis eius cognovi, tibi eum falso suspectum fuisse, vehementissime laetatus sum, me tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romae de te loqui solitum esse. De quo, etsi pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse; tamen primum, ut debeo, tibi maximas [3] gratias ago, quum tantum literae meae potuerunt, ut, his lectis, omnem offensionem suspicionis [4], quam habueras de Lysone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lysone magis, quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem, qui

CDXCII. (A Div. XIII, 24)

Argomento. Ringrazia Sulpizio che sulla raccomandazione fattagli da Cicerone, deposto il sospetto che aveva sul conto di Lisone, abbialo favorito, e lo raccomanda di nuovo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Io mi consolava già prima, ricordandomi del mio servigio di raccomandarti con tanta efficacia Lisone mio ospite e amico; ma dopo aver sentito dalle sue lettere che tu avevi trovato falso il sospetto preso di lui, m'è cresciuta mille tanti la consolazione dell'averloti con tanto studio raccomandato: avendomi egli scritto utilissima essergli stata la mia raccomandazione, per essere a te soffiato negli orecchi, che egli fosse usato parlar di te in Roma contra 'l tuo onore. Del quale sospetto, quantunque egli m'abbia scritto d'essersi, per la tua dolcezza e benignità, a te purgato; nondimeno, la prima cosa, ti ringrazio, come è mio debito, senza fine, che la mia lettera abbia avuto appo te tanto di autorità, che lettala, tu abbia posto giù ogni disgusto per l'ombra presa già di Lisone; l'altra, io ti prometto (e pregoti che tu mel creda) che io, non più per conto di Lisone che di ogni altra persona, scrivo ed affermo, non essere uomo al mondo il quale di te

umquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso vero quum mecum prope quotidie esset, unaque viveret, non solum quia me libenter audire [5] arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua et facta et dicta laudabat. Quapropter, etsi a te ita tractatur, ut iam non desideret commendationem meam, unisque [6] se literis meis omnia consecutum putet; tamen a te peto in maiorem modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate [7] complectare. Scriberem ad te, qualis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi eum iam per se ipsum tibi satis esse notum arbitrarer.

CDXCIII. (Ad Div. XIII, 25)

Argumentum. Hegesaratum breviter sed accurate commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Hegesaratus [1] Larissaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendo, ut et hospitem meum et familiarem, et gratum hominem, et virum bonum, et principem [2] civitatis suae, et tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis

abbia mai fatto menzione altro che con somma tua lode. Quanto a Lisone poi, essendo egli meco per poco ogni dì, ed usando noi insieme, non solo perchè credeva che io l'ascoltassi volentieri, ma perchè egli più volentieri parlava, ogni tuo fatto e detto mi mettea in cielo. Per la qual cosa, quantunque tu lo tratti per modo che non gli resta oggimai a bramare mia raccomandazione, e per sola quella mia lettera si crede aver conseguito ogni suo desiderio; tuttavia voglio pregarti con tutto l'ardore che tu voglia ogni dì sempre meglio careggiarlo co' tuoi officii e colla tua liberalità. Io vorrei scriverti della qualità dell'uomo che egli è, come feci già nell'ultima lettera, se io non credessi lui essersi già per se stesso a te fatto conoscere.

CDXCIII. (A Div. XIII, 25)

Argomento. Brevemente ma con premura raccomanda Egesarato.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Egesarato di Larissa, al quale io nel mio consolato feci di gran benefizi, me ne fu memore e grato, e me d'allora in poi onorò colla maggior diligenza. Io dunque tel raccomando al possibile, come mio ospite ed amico, e persona grata e dabbene, ed uom primario della sua città, e degnissimo della tua amicizia. Mi farai il maggior piacere dando opera che egli s'ac-

operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

CDXCIV. (Ad Div. XIII, 26)

Argumentum. Mescinii Rufi Achaica negotia commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

L. Mescinius eo mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit [1]. Sed hanc causam, quam ego, ut a maioribus accepi, semper gravem duxi, fecit virtute et humanitate sua iustiorem. Itaque eo sic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius. Is quamquam confidere videbatur, te [2] sua causa, quae honeste posses, libenter esse facturum; magnum esse tamen speravit apud te meas quoque literas pondus habituras [3]. Id quum ipse ita iudicabat, tum pro familiari consuetudine saepe ex me audierat, quam suavis esset inter nos, et quanta coniunctio. Peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, et itam familiari; ut eius negotia, quae sunt in Achaia, ex eo, quod heres est M. Mindio, fratri suo, qui Eli [4] negotiatus est, explices et expedias, tum [5] iure et potestate, quam habes, tum etiam

corga, questa mia raccomandazione a te essergli valuta per mille.

CDXCIV. (A Div. XIII, 26)

Argomento. Raccomanda gli affari che Mescinio Rufo ha nell'Acaia.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Lucio Mescinio [1] è molto cosa mia, per essere stato già mio questore. Ma questa ragione, che io, secondo la tradizione de' vecchi, ho sempre giudicata di gran conto, egli colla virtù e gentilezza sua me l'ha renduta più giusta: onde io mi vivo con lui in tanta dimestichezza, che con nessun altro non l'ho nè più stretta nè più gioconda. Ora, quantunque egli mi si mostrò quasi sicuro che tu faresti di tua volontà ogni cosa che onestamente potessi fare di suo bene, tuttavia sperò che eziandio le mie lettere dovessero dartene una buona spinta; nel qual giudizio entrò egli da sè, ed anche vi fu condotto dall'udire spesso da me (usando meco assai domesticamente) quanto dolce e quanto intima fosse la congiunzion nostra fra noi. Adunque io ti prego, e lo fo con quel calore che tu intendi a me convenirsi di farlo per un uomo cotanto domestico e mio, che tu voglia dar mano a spacciare e conchiudere gli affari suoi che egli ha nell'Acaia, sì come erede di M. Mindio fratel suo, che fu in Elide [2] in opera di mercatanzia; e che in ciò tu adoperi sì la legge e sì

auctoritate et consilio tuo. Sic enim praescripsimus [6] iis, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quae in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro, et, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore [7] uterentur. Id ut honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud praeterea, si non alienum tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum: si qui difficiliores erunt, ut rem sine controversia confici nolint, si eos, quando [8] cum senatore res est, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatione facere possis [9], literas ad te a M. Lepido consule, non quae te aliquid iuberent (neque enim id tuae dignitatis esse arbitramur), sed quodam modo quasi commendatitias sumsimus. Scriberem, quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi et te scire confiderem, et mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua. Sed quum illum studeo quam facillime ad suum pervenire; tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur.

CDXCV. (Ad Div. XIII, 27)

Argumentum. Gratias agit, quod Avianum commendatione sua liberaliter tractaverit; eumque commendat iterum.

l'autorità che tu ci hai, come altresì la tua autorità ed il consiglio. Imperocchè questo ordine s'è per noi dato a' nostri commessarii, che in tutte quelle cose le quali venissero in controversia, dovessero far capo a te, come ad arbitro, e (con tuo agio, s'intende) anche a diffinitore. Ora questo carico che tu tel prenda per onore di me, ti prego quanto caldamente più posso. Ma e' c'è altro che mi sarà carissimo (se tu nol crederai sconvenire alla tua dignità): qualora tu trovi alcuni sì fastidiosi, che non volessero veder la cosa ultimata altro che per giudizio, e tu (da che e' hanno a fare con un senatore) rimandali a Roma. Il che acciochè tu possa fare più sicuramente, mi feci far lettere dal consolo M. Lepido; non che ti dessero commissione di nulla, ma quasi come commendatizie. Io ti vorrei anche dire con quanta usura aresti fatto questo bene a Mescinio, se non mi confidassi che tu lo sappia, e non ti pregassi per me. Imperocchè io vorrei che tu credessi non essere a me meno a cuore il bene di lui, che sia a lui medesimo. Ma una cosa desidero, che a lui sia agevolata la via da venire al suo intento; e quest'altra mi tien in pena, che egli creda non poco avergli fruttato questa mia raccomandazione.

CDXCV. (A Div. XIII, 27)

Argomento. Rende grazie che in forza della sua raccomandazione abbia trattato Aviano cortesemente, e lo raccomanda di nuovo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Licet eodem exemplo [1] saepius tibi huius generis literas mittam, quum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter observes (quod feci in aliis, et faciam, ut video, saepius); sed tamen non parcam operae, et ut vos soletis [2] in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. Avianus [3] igitur Hammonius incredibiles mihi gratias per literas egit, et suo, et Aemilii Aviani, patroni sui, nomine; nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari [4], nec se praesentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi quum iucundum est eorum causa, quos tibi ego summa necessitudine et summa coniunctione adductus commendaveram, quod M. Aemilius unus est ex meis familiarissimis atque intimis, maxime necessarius homo, et magnis meis beneficiis devinctus, et prope omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus: tum multo iucundius, te esse in me tali voluntate, ut plus prosis amicis meis, quam ego praesens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quam tu, quid mea. Sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos ho-

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Quantunque io ti venga spesso scrivendo di così fatte lettere nella sentenza medesima, cioè di ringraziamento perchè tu abbi con tanta diligenza dato effetto alle mie raccomandazioni (e l'ho fatto già per l'avanti, e più spesso, come veggo, l'arò a fare); tuttavia non mi risparmierò in questo; e come fate voi altri nelle vostre formule [1], così farò io sponendo in diverso modo la cosa medesima. Adunque C. Aviano Ammonio mi scrive un subisso di grazie, a nome suo proprio e del suo patrono Emilio Aviano, dell'essere stato trattato da te in modo che più splendidamente e orrevolmente non si poteva, sì nella persona di lui presente, e sì nelle bisogne del patron suo lontano. Ora questa cosa m'è ben cara, per rispetto di cotestoro, i quali io, per amor della somma amicizia e dimestichezza, ti aveva raccomandati (da che M. Emilio è uno de' miei più intimi amici che io m'abbia, persona che io con grandi benefizi mi sono obbligata, e la più grata di tutti, fui per dire, coloro che mostrano aver meco qualche obbligo); e m'è eziandio molto più caro l'aver conosciuto te così caldo della persona mia, che di maggiori beni fai tu a' miei amici, che forse non avrei fatto io: credo per questo, che io sarei più ritenuto a fare checchessia per loro, che non se' tu a fare per me. Di questo tuttavia non dubito io, che tu ben sai questa cosa essermi grata; ma e di quest'altra cosa ti prego, che tu sii certo essertene altresì grati quegli

mines esse putes: quod ita esse, tibi promitto atque confirmo. Quare velim, quicquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, ut, te obtinente Achaiam, conficiant. Ego cum tuo Servio iucundissimo [5] coniunctissime vivo; magnamque quum ex ingenio eius, singularique studio, tum ex virtute et probitate voluptatem capio.

CDXCVI. (Ad Div. XIII, 28, pars prior)

Argumentum. Agit gratias, quod Mescinio commendatio sua profuerit, rogatque, ut pergat ei bene facere.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Etsi libenter petere a te soleo, si quid opus est meorum cuipiam; tamen multo libentius gratias tibi ago, quum fecisti aliquid commendatione mea; quod semper facis. Incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter a me tibi commendati: quae mihi omnia grata; sed de L. Mescinio gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, ut meas literas [1] legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia: multo vero plura, et maiora fecisse. Id igitur (puto enim etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. Quod quidem hoc vehementius laetor, quod ex ipso

altri; di che io ti fo fede, e sì tel raffermo. Per la qual cosa io amerei che tu ti dessi attorno (con tuo agio però), acciocchè nel tempo di cotesto tuo governo e' possano avere spacciata ogni loro faccenda che egli hanno costì. Io mi passo qui lietissimamente e amichevolissimamente col tuo Servio; e sì del suo ingegno ed affetto singolare, e sì della virtù e probità sua mi piglio un maraviglioso piacere.

CDXCVI. (A Div. XIII, 28, parte prima)

Argomento. Rende grazie che la sua raccomandazione abbia giovato a Mescinio, e prega che continui a beneficarlo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Quantunque io son solito, checchè faccia bisogno a qualsivoglia de' miei, pregartene volentieri; tuttavia con molto maggior piacere ti rendo grazie, avendo tu alle mie raccomandazioni fatto qualcosa; come sempre tu fai. Imperocchè egli non è da credere, ringraziamenti che mi fanno tutti, eziandio i mollemente da me a te raccomandati. Le quali tutte cose mi sono ben grate; gratissime poi per conto di L. Mescinio. Conciossiachè egli mi disse, te (letta appena la mia lettera) aver promesso ogni cosa a' nostri agenti, ma di troppo maggiori operate. Ciò adunque (da che io credo doverlo dire due e tre volte) vo' che tu creda essermi stato gratissimo; ed io ne provo una più risentita allegrezza

Mescinio te video magnam capturum voluptatem. Est [2] enim in eo quum virtus, et probitas, et summum officium, summaque observantia; tum studia illa nostra [3], quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quae te erunt dignae. Sed duo quidem [4] te nominatim rogo: primum, ut, si quid satisdandum erit, AMPLIVS EO NOMINE NON PETI [5], cures, ut satisdetur fide mea: deinde, quum fere consistat hereditas in iis rebus, quas avertit Oppia, quae uxor Mindii fuit [6]; adiuves, ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. Quod si putarit illa fore, ut opinio nostra est, negotium conficiemus [7]. Hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, id tibi confirmo [8] in meque recipio, te ea, quae fecisti Mescinii causa, quaeque feceris, ita bene collocaturum, ut ipse iudices, homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. Volo enim, ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere.

CDXCVII. (Ad Div. XIII, 28, extr.)

Argumentum. Lacedaemonios Sulpicio commendat.

per questo, che da esso Messinio veggo io bene che tu prenderai un maraviglioso diletto, dovendo trovare in lui sì virtù, probità, somma cortesia ed osservanza; come anche que' nostri studi, da' quali prima d' ora diletto e al presente caviamo anche la vita. Per lo rimanente, io ti prego che tu in lui venga crescendo i tuoi benefizi in tutte quelle cose che fieno a sperare da te; ma di due nominatamente te ne prego: prima, caso che bisogni dare malleveria, come egli di questa bisogna non farà più altro richiamo, che tu vegga come essa malleveria sia data in mio nome [1]; l'altra, conciossiachè l'eredità sia il più di quelle cose che Oppia, moglie che fu di Mindio, se ne portò, che tu vegga modo e trovi il come la donna sia condotta a Roma. Or egli m'è avviso che tanto solo che ella s'immagini così dover andare la cosa, la cosa fie bella e fornita. Adunque ti prego con ogni ardore che a ciò si possa venire. Io t'ho scritto di sopra, ed ora te lo raffermo e te ne sto pagatore, che d'ogni cosa che per amor di Messinio tu hai fatto e che tu mai facessi, ne caverai tale merito, che confesserai tu medesimo d'aver fatto servigio ad un uomo gratissimo e giocondissimo [2]. Or io voglio che a quello che per me tu facesti, ci metta eziandio questa giunta.

CDXCVII. (A Div. XIII, 28, parte seconda)

Argomento. Raccomanda i Lacedemoni a Sulpicio.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

CICERO SERVIO S.

Nec Lacedaemonios [1] dubitare arbitror, quin ipsi sua, maiorumque suorum auctoritate satis commendati sint fidei et iustitiae tuae: et ego, qui te optime novissem, non dubitavi, quin tibi notissima et iura et merita populorum essent. Itaque quum a me peteret Philippus Lacedaemonius, ut tibi civitatem commendarem; etsi memineram, me ei civitati omnia debere; tamen respondi, commendatione Lacedaemonios apud te non egere. Itaque sic velim existimes, me omnes Achaiae civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quod his tu praesis; eumdemque me ita iudicare, te, quod unus optime nosses non nostra [2] solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia, tua sponte amicum Lacedaemoniis et esse et fore. Quare tantum a te peto, ut, quum ea facies Lacedaemoniorum causa, quae tua fides, amplitudo, iustitia postulat; his [3], si tibi videbitur, significes, te non moleste ferre, quod intelligas, ea quae facias, mihi quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curae mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE A SERVIO S.

Quanto a' Lacedemoni, non posso credere che egli dubitino di non essere, sì per la propria loro e sì per l'autorità de' proprii maggiori, assai raccomandati alla tua fede e giustizia; nè io, che assai bene ti conosceva, ho mai dubitato che tu non sapessi per lo senno a mente le ragioni e' meriti delle genti. Pertanto, avendomi Filippo lacedemonio pregato che io ti raccomandassi la sua città, quantunque mi ricordava io bene degli infiniti obblighi che ho con quella città; tuttavia gli risposi che a' Lacedemoni non facea teco bisogno di raccomandazione. Io vo' adunque che tu creda, come io giudico tutte le città dell'Acaia (secondo riversamento di questi tempi) felici dell'aver te a governarle; e che io medesimo giudico che tu (come colui che solo ottimamente conosce non pure le nostre, ma e le storie di Grecia) e per te medesimo portavi, ed avresti portato in cuore quel popolo. Per la qual cosa di questo solo ti prego, che, come tu abbia fatto in bene de' Lacedemoni quelle cose che alla tua fede, nobiltà e giustizia sono richieste, tu voglia loro (se ti parrà bene) significare, come tu in ciò non avesti fatica alcuna, sapendo, le cose da te fatte eziandio a me esser gradite: conciossiachè egli è parte del dover mio che essi conoscano, le loro bisogne essermi a cuore. Di questo ti fo la pressa maggiore e più calda che io posso.

CDXCVIII. (Ad Div. XIII, 30)

Argumentum. L. Manlius Sosis in fraterna hereditate commendatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

L. Manlius est Sosis [1]. Is fuit Catinensis [2]; sed est una cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus, decurioque Neapoli [3]. Erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem sociis [4] et Latinis datam. Eius frater Catinae nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum; et est hodie in bonis [5]. Sed quoniam habet praeterea negotia vetera in Sicilia sua [6]; et hanc hereditatem fraternam, et omnia eius tibi commendo, in primisque ipsum virum optimum, mihique familiarissimum, his studiis literarum doctrinaeque praeditum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, ut eum, sive aderit [7], sive non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque necessariis scias esse; itaque tractes, ut intelligat, meam commendationem sibi magno adiumento fuisse.

CDXCVIII. (A Div. XIII, 30)

Argomento. Viene raccomandato L. Manlio Sosi.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS.[1] S.

Lucio Manlio è un Sosi natio di Catania[2]; ma con gli altri Napoletani fu fatto cittadino romano e decurione in Napoli: da che egli era scritto in quel municipio prima che a' sozi, a' Latini[3] fosse data la cittadinanza; ed un suo fratello gli morì in Catania testè. Io non credo che niente affatto di briga debba egli avere di questa eredità, che egli ne è oggidì in possessione. Ma perocchè, oltre a ciò, egli ha in Sicilia de' vecchi affari; ed io sì questa eredità del fratello, e sì tutte altre cose sue a te raccomando, ed in ispezieltà lui medesimo, ottimo uomo e mio amicissimo, e dedito a quegli studi di lettere che meglio a me vanno a sangue. Ti prego adunque che tu voglia ricordarti (o egli sia in Sicilia, o non ci venga), lui essere de' miei intimi ed intrinsechi quanto possa esser più; e con lui ti porti in maniera che egli senta, la mia raccomandazione assai avergli fatto di bene.

CDXCIX. (Ad Div. XIII, 31)

Argumentum. Flavium, Pisonis generi sui pernecessarium, commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

C. Flavio, honesto et ornato equite Romano, utor valde familiariter. Fuit enim generi mei, C. Pisonis [1], pernecessarius; meque diligentissime observat et ipse, et L. Flavius, frater eius. Quapropter velim honoris mei causa, quibus rebus honeste et pro tua dignitate poteris, quam honorificentissime et quam liberalissime C. Flavium tractes. Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed praeterea tibi affirmo (neque id ambitione adductus facio, sed quum familiaritate et necessitudine, tum etiam veritate), te ex C. Flavii officio et observantia, et praeterea splendore [2], atque inter suos gratia, magnam voluptatem esse capturum.

D. (Ad Div. XIII, 32)

Argumentum. Hospites suos Archagatum et Pisonem commendat.

CDXCIX. (A Div. XIII, 31)

Argomento. Raccomanda Flavio grande amico di Pisone suo genero.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Io vivo molto amico di C. Flavio, onesto cavalier romano ed ornato: essendo lui stato amicissimo di C. Pisone mio genero [1], ed osservandomi assai sollecitamente ed egli e L. Flavio fratel suo. Per le quali cose amerei che tu per onor mio, in quello che onestamente e secondo la tua dignità tu potrai, lo trattassi più orrevolmente e liberalmente che possa; il che mi sarà tanto caro, che niente mi potrebbe esser più. Anzi, oltre a ciò, ti prometto (nè già il fo mosso da vanagloria, ma sì da amicizia ed intrinsichezza, e sì anche perchè così è il vero) che da' servigi, dall'osservanza, come altresì dallo splendore di lui, e dalla grazia che ha grande fra' suoi, tu ne prenderai maraviglioso piacere.

D. (A Div. XIII, 32)

Argomento. Raccomanda i suoi ospiti Arcagato e Pisone.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

In Halesina civitate, tam lauta [1], tamque nobili, coniunctissimos habeo et hospitio et familiaritate M. et C. Clodios, Archagathum, et Philonem [2]. Sed vereor, ne, quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas [3]. Quamquam a te quidem cumulate satisfit et mihi, et meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam, et hos [4] mihi maxime esse coniunctos vetustate, officiis, benivolentia. Quamobrem peto a te in maiorem modum, ut [5] his, omnibus in rebus, quantum tua fides dignitasque patietur, commodes. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum.

DI.

(Ad Div. XIII, 33)

Argumentum. Nasonis libertos et negotia commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

Cn. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis [1] nullo familiarius. Nam et humanitate eius, et probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam opus

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Nella città di Aleso [1], così elegante come nobile, io ho due a me congiuntissimi sì d'ospizio e sì di amicizia, M. e C. Clodii, Arcagato e Filone [2]. Ma io temo, non forse per raccomandarti che io fo in ispezieltà parecchie persone, io intenda pavoneggiarmi mettendo a mazzo tutte mie raccomandazioni. Veramente a larga misura tu rispondi a me ed a tutti i miei; e nondimeno vorrei che tu facessi ragione, questa famiglia e questi due essere in ispezial modo meco legati di conoscenza antica, di ufizii e di benevolenza. Onde io ti prego al possibile che in tutte le cose, quanto il comporti la tua dignità e la tua fede, tu voglia favorirli; chè ciò mi sarà oltre modo carissimo.

DI.

(A Div. XIII, 33)

Argomento. Raccomanda i liberti e gli affari di Nasone.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Io vivo in tutta dimestichezza con Gn. Otacilio Nasone, cotalchè a nessuno di quell'ordine son più dimestico. Imperocchè io prendo un maraviglioso piacere, nel nostro usar d'ogni dì, della costui gentilezza e

est exspectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo sic utar [2], ut scripsi. Habet is in provincia tua negotia, quae procurant liberti, Hilarus [3], Antigonus, Demostratus: quos tibi, negotiaque omnia Nasonis, non secus commendo, ac si mea essent. Gratissimum mihi feceris, si intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse.

DII. (Ad Div. XIII, 34)

Argumentum. Lysonem Lylibaetanum commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

Avitum mihi hospitium est cum Lysone, Lysonis filio, Lilybaetano [1], valdeque ab eo observor: cognovique dignum et patre et avo. Est enim nobilissima familia. Quapropter commendo tibi maiorem in modum rem domumque eius: magnoque opere abs te peto, cures [2], ut is intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te et adiumento et ornamento fuisse. Vale.

DIII. (Ad Div. XIII, 35)

Argumentum. Philoxenum, hospitem et familiarem suum, commendat.

probità: onde non fa oggimai punto bisogno che tu aspetti raccomandazione che io ti faccia per uno il quale io tengo nel grado che ti ho detto. Or egli ha suoi affari nella tua provincia, che son guidati da' suoi liberti, Ilaro, Antigono, Demostrato. Adunque tutti costoro e' negozi di Nasone ti raccomando, nè più nè meno, che se fossero miei. Avrò infinitamente caro di conoscere di questa mia raccomandazione aver tu fatto gran capitale.

DII. (A Div. XIII, 34)

Argomento. Raccomanda Lisone di Lilibeo.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Io sono, fin da' miei vecchi, legato di ospizio con Lisone, figliuol di Lisone, lilibetano; il quale assai mi fa onore, e l'ho trovato degno del padre suo e dell'avolo, essendo di nobilissima casa. Il perchè, quanto posso il più, ti raccomando le sostanze e la famiglia di lui; e con gran calore ti prego, fagli conoscere, la mia raccomandazione avergli da te procacciato grandissima utilità ed onore. A Dio.

DIII. (A Div. XIII, 35)

Argomento. Raccomanda Filosseno suo ospite ed amico.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

C. Avianus Philoxenus antiquus est hospes meus, et praeter hospitium, valde etiam familiaris: quem Caesar meo beneficio [1] in Novocomenses [2] retulit. Nomen autem Aviani secutus [3] est, quod homine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo [4]. Quae ego omnia collegi, ut intelligeres, non vulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes, habeasque in numero tuorum; perficiasque, ut intelligat, has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit id mihi maiorem in modum gratum.

DIV.

(Ad Div. XIII, 36)

Argumentum. Demetrium Megam in iure civitatis ceterisque rebus commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est; familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Cae-

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Caio Aviano Filosseno è mio vecchio ospite, e senza ciò grande amico; e fu da Cesare, alle mie preghiere, accomunato con que' di Como [1]. Or il nome di Aviano ebbe egli dalla intrinseca dimestichezza che, sopra tutti, ebbe con Flacco Aviano, mio intrinsichissimo, come credo ben che tu sappia. Or tutti questi particolari ho io raccolti per farti sapere, questa mia raccomandazione non essere delle comuni. Ti prego adunque che tu gli faccia (s'intende, senza tuo incomodo) ogni possibil servigio, e l'abbia per tuo, ed operi in modo che egli trovi assai di bene avergli fatto queste mie lettere; il che avrò io caro quanto possa esser più.

DIV. (A Div. XIII, 36)

Argomento. Raccomanda Demetrio Mega nel diritto di cittadinanza e in altre cose.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Con Demetrio Mega ho io vecchia ragione di ospizio; amicizia poi tanta, quanta non ho con nessun di Sicilia. A lui Dolabella, da me pregato, ottenne da Ce-

sare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur[1]. Quumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam[2], in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli iussisset[3]; eidem Dolabellae, me audiente, Caesar dixit, nihil esse, quod de Mega vereretur[4]; beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, ut eum in civium Romanorum numero haberes: ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarim. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat, meam commendationem magno sibi ornamento fuisse.

DV. (Ad Div. XIII, 37)

Argumentum. Commendat Hippiam in liberatione bonorum.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

Hippiam, Philoxeni filium, Calactinum[1], hospitem et necessarium meum, tibi commendo in maiorem modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine[2], contra leges Calactinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab aequitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subvenias. Quo-

sare la cittadinanza (nella qualcosa ho avuto mano io medesimo): onde ora egli ha nome di P. Cornelio [1]. Ora avvenne che, per l'avarizia d'alcuni che trafficavano sopra i benefizi di Cesare, la tavola dov'erano scritti i nomi degli onorati da Cesare della cittadinanza, fu fatta levar via; ma Cesare, udente me, disse a Dolabella che per conto di Mega non si desse travaglio: chè ciò che avea fatto di lui, era fermo. Tutte queste cose ho voluto farti sapere, acciocchè tu dovessi averlo per cittadino romano; e del resto, con tanto zelo tel raccomando, che con maggiore non feci mai nessun altro. Avrò carissimo che tu ti porti con lui in maniera che egli dalla mia raccomandazione si trovi bene accomodato.

DV. (A Div. XIII, 37)

Argomento. Raccomanda Ippia, perchè gli liberi i beni.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Ti raccomando quanto non posso più là, Ippia figliuolo di Filosseno, calattino [1], ospite e amico mio. E' mi fu rapportato che i costui beni sono (contro le leggi de' Calattini) posseduti di ragion pubblica da un privato. Se la cosa è così, non fa bisogno mia raccomandazione: la cosa medesima dee ottenere dalla tua equità che tu gli dia mano. Ma sia come vuole, ti prego che

quo modo autem se res habet, peto a te, ut honoris mei causa eum expedias, tantumque ei commodes et in hac re, et in ceteris, quantum tua fides, dignitasque patietur. Id mihi vehementer gratum erit.

DVI. (Ad Div. XIII, 38)

Argumentum. Bruttii negotia procuratoresque commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

L. Bruttius [1], eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meque observat diligentissime; cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde a quaestura mea Siciliensi [2]. Omnino nunc ipse Bruttius Romae mecum est: sed tamen domum eius, et rem familiarem, et procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. Gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat Bruttius (id quod ei recepi), hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse.

DVII. (Ad Div. XIII, 39)

Argumentum. Titurnium Rufum commendat.

per onor mio tu lo spacci; e che, quanto ti conceda la tua dignità e la fede, sì in questa e sì in ogni altra cosa gli voglia prestar favore. Il che avrò io carissimo.

DVI. (A Div. XIII, 38)

Argomento. Raccomanda gli affari e i procuratori di Bruzio.

Scritta da Roma l' anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Lucio Bruzio, cavalier romano, giovane compito di tutte parti, è de' miei più intrinsechi, e diligentissimo in farmi onore; e fui già grande amico di suo padre fin dal tempo che fui questore in Sicilia. Veramente esso Bruzio è meco in Roma oggidì; nondimeno sì la sua casa, e le sostanze ed i procuratori ti raccomando per forma, che più caldamente non potrei farlo. Tu mi farai cosa gratissima se tu oprerai in modo che egli (secondo che a lui mi sono obbligato) conosca avergli assai fruttato questa mia raccomandazione.

DVII. (A Div. XIII, 39)

Argomento. Raccomanda Titurnio Rufo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO ACILIO PROC. S. P. D.

Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua [1] reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio [2] est tuendus. Est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi praesidii putet esse. Quapropter eum tibi commendo in maiorem modum; et abs te peto, efficias, ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit mihi vehementer gratum.

DVIII. (Ad Div. XIII, 66)

Argumentum. Caecinam exsulem in colligendis Asiaticae negotiationis reliquiis commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO [1] PROPR. S. D.

A. Caecinam, maxime proprium clientem familiae vestrae [2], non commendarem tibi, quum scirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse; nisi me et patris eius, quo sum familiarissime usus, memoria, et huius fortuna [3] ita moveret, ut hominis, omnibus mecum studiis officiisque coniunctissimi, movere debebat [4].

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD ACILIO PROCONS. S.

Io son vecchio amico di casa Titurnia, della quale non sopravvive che il solo M. Titurnio Rufo, verso il quale io sono tenuto di spendere con ogni mia diligenza tutti gli ofizi nel favorirlo. Ecco dunque in te sta di fare che egli senta d'avere di me un protettore da contentarsene. Il perchè io tel raccomando col maggior calore; e ti prego che tu faccia in maniera che egli trovi questa mia raccomandazione statagli di molto frutto. Il che mi sarà caro oltre modo.

DVIII.

(A Div. XIII, 66)

Argomento. Raccomanda Cecina esule nel raccogliere che fa le reliquie della negoziazione d'Asia.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO PROPR. S.

Io non vorrei raccomandarti Aulo Cecina, cliente tutto dedicato alla vostra famiglia, sapendo io bene la tua lealtà verso i tuoi, e la tenerezza verso gli sciagurati; se non fosse che la ricordanza del padre di lui, che fu già tutto mio, e le costui disgrazie mi toccassero tanto, quanto dee fare il caso d'un uomo a me legato per ogni ragion d'amicizia. Or ecco quello

A te hoc omni contentione peto, sic, ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim; ut ad ea, quae tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum et talem, calamitosum, aliquem afferant cumulum meae literae, quo studiosius eum, quibuscumque rebus possis, iuves. Quod si Romae fuisses [5], etiam salutem A. Caecinae essemus (ut opinio mea fert) per te consecuti. De qua tamen magnam spem habemus, freti clementia collegae tui [6]. Nunc, quando [7] tuam iustitiam secutus, tutissimum sibi portum provinciam istam [8] esse duxit; etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum et in reliquiis [9] veteris negotiationis colligendis iuves, et ceteris rebus tegas atque tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

DIX. (Ad Div. XIII, 67)

Argumentum. Commendat Andronem Laodicensem.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO PROPR. S. D.

Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas [1] attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, quam Androne, Artemonis filio, Laodicensi; eumque habui in ea civitate quum hospitem, tum vehementer ad meae vitae rationem

di che ti prego colla istanza ed affetto e sollecitudine che posso maggiore, che sopra di ciò che, senza raccomandazione di chicchessia, il tuo buon animo ti darebbe di fare per tale e siffatto uomo e sì sventurato, la mia lettera ti aggiunga nuova ragione di dargli mano più sollicitamente in tutto quello che tu potrai. Certo se tu fossi stato in Roma, mi pare esser certo che per opera tua noi avremmo eziandio salvato A. Cecina; di che tuttavia io porto grande speranza sopra la clemenza del tuo collega. Ora, posciachè egli, ricoverando alla tua giustizia, ha preso per porto sicurissimo cotesta provincia, quanto più so e posso, ti prego e scongiuro che eziandio nel raccogliere gli avanzi dell'antico suo mercantare tu voglia dargli di spalla, ed in ogni altra cosa favorirlo e proteggerlo; di che nulla mi puoi tu fare che più mi sia caro.

DIX. (A Div. XIII, 67)

Argomento. Raccomanda Androne di Laodicea.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO PROPR. S.

Con nessuno della provincia mia di Cilicia (alla quale *tre dioce*s*i* dell'Asia furono incorporate) non ebbi mai maggiore dimestichezza che con Androne, figliuol di Artemone di Laodicea; là dove non pure io vissi suo ospite, ma e 'l trovai tutto tagliato al sesto del mio

et consuetudinem accommodatum. Quem quidem multo etiam pluris postea, quam decessi, facere coepi, quod multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem. Itaque eum Romae libentissime vidi. Non enim te [2] fugit, qui plurimis in ista provincia benigne fecisti, quam multi [3] grati reperiantur. Haec propterea scripsi, ut et me non sine causa laborare intelligeres, et [4] tu ipse eum dignum hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, quanti me facias: id est, si receperis eum in fidem tuam, et quibuscumque rebus honeste ac sine molestia tua poteris, adiuveris. Hoc mihi erit vehementer gratum; idque ut facias, te etiam atque etiam rogo.

DX. (Ad Div. XIII, 69)

Argumentum. C. Curtium, ut in fidem recipiatur, commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

C. Curtius Mithres [1] est ille quidem, ut scis, libertus Postumi [2], familiarissimi mei; sed me colit et observat aeque atque illum ipsum patronum suum. Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescumque fui, tamquam domi meae; multaque accide-

vivere e costumare. Ma dopo uscito io d'ufizio, ho cominciato ad averlo caro via più, avendolo a molte prove sperimentato uom grato e ricordevole di mia persona: per la qual cosa senza fine mi son rallegrato di vederlo in Roma; non potendo tu ignorare (che a moltissimi di cotesta provincia hai fatto del bene) a quanto gran numero si trovino le grate persone. Tutto ciò volli dirti per farti conoscere che non senza il quare io mi son dato pena che eziandio tu medesimo l'avessi per degno d'averlo tuo ospite. Mi farai dunque cosa gratissima a dimostrargli quanto io ti sia caro: cioè a prenderlo a favorire, ed a dargli mano in tutte le cose che onestamente e senza incomodo tu potrai. Tu mi faresti il maggior piacere del mondo; e te ne priego quanto so e possa il più.

DX.

(A Div. XIII, 69)

Argomento. Raccomanda C. Curzio che lo riceva sotto la sua protezione.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO COLLEGA S.

Caio Curzio Mitrete è veramente, sì come sai, liberto di Postumo mio intrinseco; e tuttavia egli carezza ed osserva me altrettanto che si faccia esso lui suo patrono. Tutte le volte che io fui in Efeso, non altramenti in casa sua sono stato, che nella mia propria;

runt, in quibus et benivolentiam eius erga me experirer, et fidem. Itaque si quid aut mihi, aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consuevi; huius quum opera et fide, tum domo et re uti, tamquam mea. Haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non vulgare [3], nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario, scribere. Peto igitur a te, ut in ea controversia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio [4], et in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumque tuo commodo poteris, tantum et [5] honoris mei causa commodes: etsi, ut eius modestiam cognovi, gravis [6] tibi nulla in re erit. Si et mea commendatione, et sua probitate assecutus erit, uti de se bene existimes; omnia se adeptum arbitrabitur. Vt igitur eum recipias in fidem [7], habeasque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, quae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo.

DXI. (Ad Div. XIII, 70)

Argumentum. Ampii Balbi libertum Menandrum commendat.

ora sono intravvenute molte di tali cose, che potei fare sperimento della sua fedeltà e benevoglienza; il che ha fatto, che bisognando a me o ad alcuno de' miei qualche cosa, io fui solito a lui scrivere, e sì dell'opera e della fede, come della casa e delle sostanze fare come di cosa mia. In queste cose mi sono un po' tritamente disteso, per farti intendere che io non iscrivo nè alla grossa, nè per farmi bello, ma come per uomo mio intrinseco ed amicissimo. Ti prego adunque che sì nella lite che egli ha di un podere con un certo Colofonio, come in ogni altra cosa (salva la tua lealtà e 'l tuo comodo), tu, per rispetto di me, gli voglia dar mano: sebbene, a quello che mi dà la sua modestia a me nota, egli non ti sarà punto molesto. Ora, se e per la mia raccomandazione e per la bontà sua gli venga fatto che tu abbi buona opinione di lui, egli si crederà toccare il ciel colle dita. Ti prego adunque e mille volte riprego che tu lo pigli a favorire, e l'abbia per uno de' tuoi. Io poi in ogni cosa che crederò essere tuo piacere o tuo bene, porrò tutto lo studio e la diligenza.

DXI. (A Div. XIII, 70)

Argomento. Raccomanda Menandro liberto di Ampio Balbo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. P. D.

Quia non est obscura tua in me benivolentia, sic fit, ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnumquam in vulgus [1]; sed plerumque necessariis in hoc tempore [2]. Nam cum T. Ampio Balbo [3] mihi summa familiaritas necessitudoque est. Eius libertum, T. Ampium Menandrum, hominem frugi [4] et modestum, et patrono et nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, si, quibuscumque rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris [5]. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

DXII. (Ad Div. XIII, 71)

Argumentum. Commendat T. Agusium, veterem amicum.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

Multos tibi commendem necesse est, quando [1] omnibus nota nostra necessitudo est, tuaque erga me benivolentia. Sed tamen etsi omnium causa, quos commendo, velle debeo; tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. T. Agusius et

Scritta da Roma l' anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO COLLEGA S.

L' essere ben conosciuto il bene che tu mi vuoi, porta che molti mi pregano che a te gli raccomandi; della qual cosa io soddisfo talora a chiunque sia; ma le più volte agli amici, come fo di presente. Adunque per essere T. Ampio Balbo tutto quanto possa essere cosa mia, io ti raccomando col maggior zelo T. Ampio Menandro suo liberto, uom dabbene e modesto, al patron suo sommamente gradito ed a me. Tu mi farai il maggior piacere del mondo, di prestargli servigio in tutte le cose che senza tuo incomodo lo potrai fare; e di questa cosa ti prego senza fine. A Dio.

DXII. (A Div. XIII, 71)

Argomento. Raccomanda T. Agusio suo vecchio amico.

Scritta da Roma l' anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO COLLEGA S.

Il sapersi da tutti la nostra amicizia e la tua benevolenza mi dà necessità di doverti raccomandare parecchi. Di che quantunque io debba compiacere a tutti i raccomandati, io non ne ho per altro per tutti egual la ragione. T. Agusio e fu mio compagno in quel tempo

comes meus fuit illo miserrimo tempore [2], et omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius; neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem. Quare sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis et maxime necessariis. Pergratum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat, hanc commendationem sibi magno usui [3] atque adiumento fuisse.

DXIII. (Ad Div. XIII, 72)

Argumentum. Caerelliae negotia et procuratores commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE S. D.

Caerelliae, necessariae meae [1], rem, nomina [2], possessiones Asiaticas commendavi tibi praesens in hortis tuis, quam potui diligentissime: tuque mihi, pro tua consuetudine [3], proque tuis in me perpetuis, maximisque officiis, omnia te facturum, liberalissime recepisti. Meminisse te id spero: scio enim solere. Sed tamen Caerelliae procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciae, multitudinemque negotiorum, etiam atque etiam esse commonefaciendum. Peto igitur, ut memineris, te omnia, quae tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse. Equidem existimo, habere te

sciaguratissimo, ed a parte di tutti i miei viaggi, navigazioni, travagli e pericoli; e nè eziandio al presente non si sarebbe partito da me, se io non gliene dava licenza. Il perchè tel raccomando come uno di casa mia e degli intimi amici. Io avrò avuto da te il maggior piacere, se tu lo tratti per forma che egli senta, questa mia raccomandazione avergli fruttato di sommi beni e vantaggi.

DXIII. (A Div. XIII, 72)

Argomento. Raccomanda gli affari e i procuratori di Cerellia.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A P. SERVILIO COLLEGA S.

Ti raccomandai con lo studio che ho potuto maggiore, negli orti tuoi di presenza, gli affari, i debiti e le possessioni asiatiche di Cerellia mia amica [1]: e tu, per la tua amicizia, e' servigi continui e gravissimi a me prestati, mi ti sei obbligato di fare ogni cosa; e ben credo te ne ricordi, secondo tuo usato. Nondimeno i procuratori di Cerellia le scrissero che, a cagione della grandezza della provincia e la folla degli affari, hai bisogno che la cosa più caldamente ti sia ricordata. Ti prego adunque di ricordarti, come tu largamente mi ti sei obbligato di tutto fare, che dalla tua lealtà ti fosse concesso. Veramente io credo che tu abbia il più

magnam facultatem (sed hoc est tui consilii et iudicii) ex eo senatus consulto, quod in heredes C. Vennonii factum est [4], Caerelliae commodandi. Id senatus consultum tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim, eius ordinis [5] auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscumque rebus Caerelliae benigne [6] feceris, mihi te gratissimum esse facturum.

DXIV. (Ad Div. VI, 12)

Argumentum. Gratulatur T. Ampio Balbo, qui Pompeianas partes secutus erat, de reditu per Caesaris amicos impetrato; ideoque cessare ait consolationem, re confecta. Esse tamen vel restituto aliquid ferendum, rei publicae calamitatem, in qua nullum solatium supersit, nisi quod ex literarum studiis capiatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO AMPIO S. D.

Gratulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor. Nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim; deinde frangi repente, atque ita cadere, ut nulla res te ad aequitatem animi [1] postea possit extollere. Egi tuam causam apertius, quam mea tempora ferebant. Vincebatur enim fortuna ipsa debilitatae gratiae nostrae tui caritate [2], et meo

bel destro di favorire Cerellia (ma ciò s'appartiene al tuo consiglio e giudizio) in virtù di quel senatoconsulto fatto contro gli eredi di C. Vennonio. Sta alla tua sapienza chiosare questo senatoconsulto: chè ben so io quanto sia sempre valuta appo di te l'autorità di quest'ordine. Del resto, vorrei che tu facessi questa ragione, che per ogni favore che tu darai a Cerellia, io ne avrò un piacere grandissimo.

DXIV. (A Div. VI, 12)

Argomento. Si congratula con T. Ampio Balbo, il quale avea seguito il partito di Pompeo, che abbia ottenuto per mezzo degli amici di Cesare il suo richiamo; e però dice, che ciò ottenuto è inutile il consolarlo; rimanere tuttavia al richiamato alcun che da tollerarsi, lo stato calamitoso della Repubblica, nella quale non v'ha altra consolazione che quella che ne viene dallo studio.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE AD AMPIO [1] S.

Io mi congratulo teco, il mio Balbo, e mi congratulo con verità; nè sono già così fuor di cervello di voler darti pastura, sicchè tu ne abbia poi andare in disperazione e in subisso per forma che tu non possa più per nessuna via rilevarti ad avere più pace di cuore. Ho trattato la tua causa più liberamente che non mi dava la presente mia condizione: conciossiachè lo svantaggio dell'aver io assai scemato del primo favore, fu vinto dalla tenerezza mia verso te, e da quel mio

perpetuo erga te amore, culto a te diligentissime. Omnia promissa, confirmata, certa et rata sunt, quae ad reditum et ad salutem tuam pertinent. Vidi, cognovi, interfui. Etenim omnes Caesaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benivolentia, sic, ut, quum ab illo discesserint [3], me habeant proximum. Hoc Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius, plane ita faciunt, ut me unice diligant. Quod si mihi per me efficiendum fuisset [4], non me poeniteret pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est a me inservitum temporis causa. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt; quibuscum ego agere de te non destiti. Principem tamen habuimus Pansam [5], tui studiosissimum, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. Cimber autem Tillius [6] mihi plane satisfecit. Valent enim apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes, quam necessariae [7]: quas quia Cimber habebat, plus valuit, quam pro ullo alio valere potuisset. Diploma [8] statim non est datum, quod mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius, veniam tibi dari, quem [9] illi appellant tubam belli civilis; multaque ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum incidisse [10]. Quare visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum, de te iam esse perfectum. Sed id erit perbrevi: nec du-

amore, che tu diligentissimamente avevi tenuto ben caldo. Tutte le cose che appartengono al tuo ritorno ed alla salute, mi sono promesse, raffermate, ratificate, sicure. Ho veduto, ho conosciuto, fui sulla faccia di tutte. Imperocchè, buon per te! che tutti gli amici di Cesare me gli ho impastoiati per amicizia e benevolenza per modo, che dopo di lui io son loro il primo. Ti prometto che Pansa [2], Irzio [3], Balbo, Oppio, Mazio [4], Postumio [5] sono al tutto di me cotti fradici: cotalchè se io avessi dovuto far opera per me medesimo, non mi dorrebbe (a quel che porta il tempo presente) delle pratiche da me fatte. Sebbene io non ho punto servito alla miseria del tempo d'oggidì: tutti costoro che ho detto, egli è un pezzo, son miei; ed io non sono restato mai di dar loro assalto per te. Ma quello che ci val tutto il mondo, è Pansa, che ti vuol tutto il bene, ed a me niente meno; ed egli appo Cesare non è meno in istato per l'autorità, che per la grazia. Cimbro Tillio poi non fu al tutto cosa che per me non facesse. Ora nell'animo di Cesare troppo han più di forza le petizioni ragionevoli, che le affettate; e perchè delle prime gli allegò Cimbro, ed egli però fece più che per nessun altro non avrebbe potuto fare. La patente [6] non ci ha data di presente: imperocchè e' c'è una feccia di così fini ribaldi i quali avrebbero menato smanie del vedere così ribandito un tale uomo che essi chiamano tromba della guerra civile; e di questa fatta dicono più altre cose, come se essi non godano dell'essersi levata cotesta guerra. Adunque ci parve di operare di cheto, e non trombettare [7], che il tuo ritorno era conchiuso. Ma ciò si farà infra picciolissimo termine; e non dubito che alla

bito, quin, legente te has literas, confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi, gravis [11] homo et certus, non solum confirmavit, verum etiam recepit, perceleriter se ablaturum [12] diploma. Mihi tamen placuit, haec ad te perscribi. Minus enim te firmum sermo Eppuleiae [13] tuae, lacrymaeque Ampiae declarabant, quam significant tuae literae: atque illae arbitrabantur, quum a te abessent ipsae, multo in graviore te cura futurum. Quare magnopere putavi, angoris et doloris tui levandi causa, pro certis ad te ea, quae essent certa, perscribi [14]. Scis, me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem virum atque sapientem, quam ut exploratam [15] spem salutis ostenderem, nisi quam [16] ab ipsa re publica, quum hic ardor restinctus esset [17], sperari oportere censerem. Recordare tuas literas, quibus et magnum animum mihi semper ostendisti, et ad omnes casus ferendos constantem ac paratum: quod ego non mirabar, quum recordarer, te et a primis temporibus aetatis in re publica esse versatum, et tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse [18] salutis, fortunarumque communium; et in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum uti victor, beatus; sed etiam ut, si ita accidisset, victus, ut sapiens esses [19]. Deinde, quum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriae prodendis [20], considerare debes, nihil tibi esse

veduta di questa lettera la cosa fie bella e fatta. Al certo il nostro Pansa, uom grave e fidato, non solamente me l'affermò, ma e mi entrò pagatore che di corto avrebbe cavato di mano a Cesare la patente. Tuttavia ho giudicato per lo migliore di mandartene innanzi queste notizie: conciossiachè le parole di Eppuleia tua e le lagrime di Ampia [8] mi fecero conoscere che tu non hai la fermezza che mostrano le tue lettere; ed elle temeano eziandio che, per esser elle da te scompagnate, tu ne potessi venire in maggiore angustia. Per lo che ho giudicato convenir troppo che, a cagione di alleviare la tua angoscia e 'l dolore, la certa notizia di quel che era certo ti fosse da me anticipata. Tu sai bene come per l'innanzi io era solito scriverti meglio, come ad uom forte e savio, per consolarti, che per apportarti una certa speranza di tua salute; ma quella senza più che io giudicava doversi prendere dallo stato delle cose, quando questo incendio fosse ammorzato. Récati a mente le tue lettere, nelle quali mi ti se' sempremai dimostro di gran cuore, e fermo ed apparecchiato a reggere qualunque sventura; nè io me ne maravigliai, ricordandomi come tu fin da' primi tuoi anni avevi avuto mano ne' fatti pubblici, e che i tuoi magistrati s'erano scontrati appunto ne' rischi più paurosi della salute e dello stato del pubblico; e che in questa medesima guerra tu eri entrato con animo non solo di tenerti beato vincendo, ma e di mostrarti saggio, caso che altro avvenisse. Appresso, conciossiachè tu logori il tuo ingegno nel mandare ai posteri le imprese de' forti uomini, dei far questa ragione, che

committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non simillimum[21] praebeas. Sed haec oratio magis esset apta ad illa tempora, quae iam effugisti. Nunc vero tantum te para ad haec[22] nobiscum ferenda: quibus ego si quam medicinam invenirem, tibi quoque eamdem traderem. Sed est unum perfugium, doctrina ac literae, quibus semper usi sumus: quae secundis rebus delectationem modo habere videbantur; nunc vero etiam salutem. Sed, ut ad initium revertar, cave dubites, quin omnia de salute ac de reditu tuo perfecta sint.

DXV. (Ad Att. XII, 11)

Argumentum. Seii mortem dolendam, sed humaniter ferendam; quid agat in senatu sibi quaerendum esse; denique nihil se de Pompeii filia, aliaque conditione uxoria sibi oblata cogitare scribit.

Scr. in villa A. V. C. DCCVII.

CICERO ATTICO S.

Male de Seio[1]. Sed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipsi enim quid sumus? aut quam diu haec curaturi sumus? Ea videamus, quae ad nos magis pertinent, nec tamen multo[2]: quid agamus de senatu[3]. Et, ut ne quid praetermittam, Caesonius ad me literas misit, Postumiam Sulpicii[4] domum ad se venisse[5]. De Pompeii Magni filia,

tu non dei tollerare di essere cattivo ritratto di que' medesimi che tu hai lodato 9. Ma questo mio dire è meglio da que' tempi da' quali se' già uscito: al presente pensa senza più ad armarti a reggere questi ne' quali siamo ambedue; a' quali se io trovassi medicina per me, a te medesimamente la porgerei. Questo è il solo riparo che ci resta: la dottrina e le lettere che abbiam sempre amate; le quali nel buon tempo diletto ci apportavano senza più, al presente eziandio salute. Ma per rifarmi da capo, non ti lasciar, vedi, aver dubbio che del tuo ritorno e della salute non sia conchiusa ogni cosa.

DXV. (Ad Att. XII, 11)

Argomento. Doversi piangere la morte di Seio, ma sopportare come conviene ad uomo; sè dover cercare che cosa faccia in senato; finalmente non prendersi lui pensiero alcuno della figlia di Pompeo, e di altra condizione offertagli pertinente a moglie.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

CICERONE AD ATTICO S.

Deh! cattivel di Seio! ma egli è cosa umana, e vuol tollerarsi. Conciossiachè noi medesimi a che siam noi? ovvero quanto seguiremo noi ancora a tribolarci delle cose presenti? Veggiam piuttosto di quelle che ci toccano (nè già gran fatto), quello che abbiamo a fare circa il Senato [1]. E, per non lasciar nulla addietro, ebbi lettera da Cesonio, che mi dice, la Postumia di Sulpicio averlo visitato. Quanto alla figliuola di Pompeo Magno, sì ho risposto già, che per al presente

tibi rescripsi, nihil me hoc tempore cogitare. Alteram vero illam, quam tu scribis, puto, nosti. Nihil [6] vidi foedius. Sed adsum. Coram igitur. Obsignata epistola, accepi tuas. Atticae hilaritatem libenter audio; commotiunculis συμπάσχω [7].

DXVI. (Ad Div. IV, 14)

Argumentum. 1 Plancius bis Ciceroni et de recuperata per Caesarem dignitate, et de nuptiis cum virgine Publilia, dimissa Terentia, initis, gratulatus fuerat. Vtrisque literis una epistola respondet Cicero: prioribus, non esse pristinam dignitatem quam receperit; 2 alteris, quae causa fuerit novi consilii ineundi. 3 Tandem solatur Plancium exsulantem, eique nihil praeter communem calamitatem, timendum esse confirmat, cui denique sua officia pollicetur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVII.

M. T. CICERO CN. PLANCIO S. D.

1 Binas a te accepi literas, Corcyrae datas: quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses, me meam pristinam dignitatem obtinere; alteris dicebas, te velle, quae egissem, bene et feliciter evenire [1]. Ego autem, si dignitas est bene de re publica sentire, et bonis viris probare, quod sentias; obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere posse [2], aut denique libera oratione defendere; ne vesti-

non ci fo assegnamento veruno [2]. Quella cotale altra poi di che tu mi scrivi, credo che tu la conosca: non vidi mai cosa più laida. Ma sono in Roma: adunque a bel vederci. Suggellata la lettera, ecco la tua. Godo di sentire la buona tempera in che è Attica; delle sue indisposizioncelle *mi piglio io la mia parte.*

DXVI. (A Div. IV, 14)

Argomento. 1 Erasi Plancio due volte congratulato con Cicerone e per la dignità di lui ricuperata la mercè di Cesare, e per le nozze di lui colla vergine Publilia dopo il divorzio di Terenzia. A tutte e due le lettere fa Cicerone una sola risposta: alla prima, non essere la dignità di prima quella che ha ricuperato; 2 alla seconda, qual motivo egli abbia avuto per fare questa nuova risoluzione. 3 Alfine consola Plancio esule, e l'assicura non aver lui a temere che la disgrazia comune, e gli promette i suoi buoni officii.

Scritta da Roma l'anno DCCVII.

M. T. CICERONE A GN. PLANCIO [1] S.

1 Ebbi le due lettere che scrivestimi da Corfù; delle quali nella prima ti congratulavi con me che io fossi rimesso nella prima mia dignità; nella seconda mi pregavi ogni bene della nuova deliberazione da me presa. Ora, se dignità è aver diritti sentimenti della Repubblica, e vederli gradire alle persone dabbene, io ritengo sì la mia dignità; se poi la dignità dimora o nell'effettuare, potendo, essi tuoi sentimenti, o almeno mantenerli liberamente parlando, e' non m'è rimaso di

gium quidem ullum est reliquum [3] nobis dignitatis; agiturque praeclare, si nosmetipsos regere possumus, ut ea, quae partim iam adsunt, partim impendent, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello [4], cuius exitus ex altera parte caedem ostentat [5], ex altera servitutem. Quo in periculo nonnihil me consolatur, quum recordor, haec me tum vidisse, quum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam, videbamque, quanto periculo de iure publico disceptaretur armis. Quibus, si vicissent ii, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram; tamen intelligebam, et iratorum hominum, et cupidorum [6], et insolentium, quam esset crudelis futura victoria: sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus civium, partim amplissimorum, partim etiam optimorum; qui me haec praedicentem [7], atque optime consulentem saluti suae, malebant nimium timidum, quam satis prudentem existimari.

2 Quod autem mihi de eo, quod egerim, gratularis; te ita velle, certo scio: sed ego tam misero tempore nihil novi consilii cepissem, nisi in reditu meo [8] nihilo meliores res domesticas [9], quam rem publicam offendissem. Quibus enim, pro meis immortalibus beneficiis, carissima mea salus et meae fortunae esse debebant, quum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes

dignità eziandio l'ombra [2]; e pigliomi a mano baciata di poter così signoreggiar me medesimo, che io mi porti in pace sia le cose presenti, sia quelle in aria. Or ciò è difficile in una guerra sì fatta, il cui successo d'una parte fa temer di sangue, d'altra, di servitù. Nel qual bilico mi racconsola alcun che il ricordarmi come io imberciai nel segno quando non pur della perdita nostra, ma eziandio temeva della vittoria: e ben conoscea quanto risico portasse una deliberazione che si prendeva coll'armi, le quali se l'avessero data vinta a coloro co' quali io (tirato non da voglia di combattere, ma da speranza di pace) erami aggiunto, comprendeva però crudeltà che avrebbe portato una vittoria di persone adirate, cupide e tracotanti; se poi fossero stati vinti, quanta strage sarebbe seguita di cittadini parte nobilissimi e parte di ottimi; i quali, predicendo io quel che è avvenuto, e dando loro ottimi consigli alla loro salvezza, voleano anzi farmi passare per uom troppo timido, che per ragionevolmente avveduto.

2 Quanto poi al congratularti che fai della deliberazion presa [3], so io bene che tu parli da cuore; ma, credimi, in sì misero tempo non avrei fatto niuna novità, qualora tornando io non avessi trovato la mia famiglia niente men rovinata della Repubblica [4]. Ma conciossiachè per ribalderia di que' cotali a cui la mia salute [5] e le fortune, per gli immortali miei benefizi, si conveniano tener carissime, non trovai dentro le mie stesse pareti sicuro eziandio un cencio, niente sicuro

tutum, nihil insidiis vacuum viderem [10]; novarum me necessitudinum [11] fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi.

3 Sed de nostris rebus satis, vel etiam [12] nimium multa. De tuis velim, ut eo sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi praecipue [13] timendum putes. Si enim status erit aliquis civitatis; quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore. Nam alteros [14] tibi iam placatos esse intelligo; alteros numquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quamquam videam, qui [15] sim hoc tempore, et quid possim; opera tamen et consilio, studio quidem certe, rei, famae [16], saluti tuae praesto futurum. Tu, velim, et quid agas, et quid acturum te putes, facias me quam diligentissime certiorem. Vale.

di tradimenti: pertanto ho giudicato per lo migliore con la fedeltà di nuove parentele guarentirmi contro la fellonia delle vecchie 6.

3 Ma delle cose mie basti, se già non fu anche troppo. Circa le tue, io ti prego che tu sii di quell'animo che dei essere; cioè che non adombri per paura di nessun male in tua ispezieltà: imperocchè, se questa città piglierà pur qualche stato, quale che egli voglia essere, io veggo te fuor di ogni pericolo; poichè gli uni conosco teco essere già rappaciati, gli altri non istati mai teco crucciati. Quanto poi all'animo mio, tu dei viver sicuro che io (quantunque ben vegga, uom ch'io sia in tal tempo, e potere ch'io abbia) in qualunque tuo bisogno, d'opera, di consiglio e certamente d'affetto, alle cose tue, alla fama, alla salute, sarò tutto per te. Tu fammi, ti prego, sollecitamente assapere quello che tu faccia, o che pensi di fare. A Dio.

ANNOTATIONES
IN EPISTOLAS
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

CCCLXXXVI.

1 Significat hoc loco parvam epistolam, quae alio modo quam epistola complicabatur: vulgo *biglietto*. Dicit autem *signatum*, hoc est, sigillo impresso notatum, quia alias libelli non obsignabantur.

2 Philotimus libertus. *Ernest. Dispensavit*, hoc est, administravit.

3 Existimatio est hic fama boni viri (ep. seq.) in re pecuniaria fidem servantis. *Ernest.*

4 Cod. Ambr. *ferrem*. Mox *te* abest in ed. Iens., nempe *facias, obtestor.*

5 Habeo sestertia ad numerum bis et vicies centena millia (2,200,000), sed numis cistophoris, non pecunia Romana. Cistophorus erat numi genus Asiatici (ep. XXXII). Eam pecuniae speciem depositam apud publicanos in Asia volebat permutari in numum Rom. et mitti ad Atticum, ut ei debitum solveret. Obiter observat Mongaltius, Ciceronem, qui ceteroquin abstinentissimus erat (epp. CCXII, CCXXI, aliisque), ex administratione provinciae suae collegisse hanc summam; atque ex eo iudicari posse quantum perceperint illi qui provinciali administratione abutebantur.

6 Ipsi Philotimo, cui tu cautior iampridem didicisti res

tuas minime committere. Vid. epp. CCLXVIII, CCLXIX et CCLXXII.

CCCLXXXVII.

1 Hoc est, adii, sive, ut nunc loquimur, acceptavi. De quanam autem hereditate hic sermo sit, tacent interpretes; fortasse alicuius liberti vel clientis, vel etiam amici, quos constat, patronos suos saepius heredes instituere solitos fuisse. Vide Paradox. VI. An illius Galeonis de quo in ep. CDVII? sed ab hoc tempore ad illius epist. anni spatium intercedit.

2 Mss. et edd. aliquot vett. *multissimis;* sed lectio *multissimis,* quam habet et cod. Ambr., manifesto depravata est ex *multis meis,* ut plerumque fit in mss. vett.: quod in errorem adduxit Bembum, qui eorum auctoritate fretus, ea voce tamquam Ciceroniana est usus.

3 Tulliae solvenda, explanat Popma, sed sequentibus non convenit. Eam puto cum Ernestio et Schützio iam maiori ex parte solutam, et a Dolabella, perdito viro (epp. CCCLXXII et CDVII, 3), dissipatam. Huic interpretationi favent locutiones illae: *illam miseram — tueare meis opibus — cui deesse omnia noli pati.*

4 Quod perdito iuveni illam collocavi in matrimonium; ep. CDXIII.

5 Hoc esse a glossatore, ac *tuis* referendum ad *opibus,* putat Ernestius. Mox pro *cui* cod. Ambr. *quae q. d.*

6 Quum Tullia Dolabellae collocaretur insciente Cicerone, vel a Philotimo, vel ab ipsa Terentia ex pensione dotis detracta erant H-S LX. *Schütz.* Cod. Ambr. *de dote.*

7 Vbi eam nunc collocavi; vid. ep. sup. Vnus Amb. *ut est.* Tum supra ceteri *exegit.*

8 Vt scilicet domo sua Cicero, quam habebat in Palatio

(ep. CLI, 3), privaretur a Caesarianis, propterea quod esset cum Pompeio. Vide Manut.

9 Aliqui vett. absolute *quod*; minus congrue; repugnat enim sequentibus *si modo effici potest*, quae incertitudinem indicant.

10 Praeter ceteros Pompeianos. *Schütz.*

11 Procuratoribus Epiroticis, ut a villico; ep. CDVIII, 4. *Corrad.* Pro H-S LXX est in cod Ambr. et edd. Rom. et Iens. H-S XX. Tum pro *fuit. A tuis*, eadem. Rom. *fuit citius et nummorum.*

12 Cod. Ambr. et ed. Rom. *dices vel me;* vulgo *dices iis me*. Vocem *iis* delevit Ernestius. Mox ed. Iens. *eas vitasse.*

CCCLXXXVIII.

1 Quum dicit *fuisse*, non *esse*, significat, confectum iam esse bellum Hispanicum. Vid. ep. seq. Amb. 13 *Ergo ne potius proficisci in Hispaniam fuisset, quam Formiis esse, ante quam tu;* proxime illi cod. 15 *Ergo ne potius prof. in Hisp. fuisset, quam Formias, antequam tu profectus esses ad Pomp.* Lambinus *fuisse quam Formiis tum quum tu profectus es ad Pomp.* Cod. Rec. *fuisset Formiis esse antequam tu prof.;* alii aliter.

2 Sensus est: utinam Appius in ista parte, scilicet vestra aut Pompeiana, aut Curio in hac Caesariana illud prohibuisset, scilicet, quominus in Hispaniam proficiscerer. Ita hunc locum mihi videorposse explanare ex ep. CCCLXVII: *Me secum in Hispaniam ducit; quod nisi esset — ubicumque esses, ad te percurrissem.* At non male Rutilius emendabat: *quod utinam aut Ap. Cl. me in ista* (corrigendum iterum *hac*) *parte esse prohibuisset.* Aeque congruum sensum exhibet lectio Lambiniana, et Victoriana minime contemnenda, ordine licet ac verbis paullo di-

versa, *quod utinam aut non in ista parte Ap. Cl., aut non in hac C. Curio fuisset.* Nos expressimus quod in duobus Ambb. 12 et 15 invenimus, etiamsi posterior *probuisset* loco τοῦ *prohibuisset*, et alter hoc in margine adscriptum habeat. Vulgo abrupte. *Quod utinam ut Ap. Cl. in ista parte C. Curio;* ubi viri docti subaudiunt *fuisset*, quod Lamb. expressit, et ubi *quod* putant redundare.

3 Et hoc loco expressimus lectionem cod. Rec. et nostrorum 3, 13 et 15, et Sigonii apud Manut.; nisi quod horum tres priores habent *in hanc partem causae imposuit*, ceteri vero *in hanc partem esset impulit.* Vulgo *in hanc perditam causam imposuit*; quod conflatum est coniecturis et correctionibus ex corruptis mss. Sed quamvis Iac. Gronovius sententiam istam ut perfectam tueatur; quisnam dixerit, historiis monumentisque refragantibus, perditam tunc fuisse causam Caesarianorum, quam Caelius secutus erat? nonne id repugnat et seqq. *non quod huic causae diffidam?*

4 Iracundia in Appium Pompeianum, amore in Curionem Caesarianum, ut Pompeianas partes relinquerem, et in Caesarianas irem. *Ernest.* Cod. Amb. 7 *iracundiae timore;* plures alii *iracundiae tumore.*

5 Vulgo *tum tu porro;* sed *tum* melius abest a tribus Ambb. cum Rec. et edd. Rom. et Iens. Duo alii *Tu tu porro.* Eadem ed. Iens., partim e correctione, prorsus diversum sensum constituit, et fortasse verius, scilicet *Tu porro quum ad me prof. Ariminum noctu venisses* etc.

6 Sic edere placet, suadente sensu et auctoritate omnium fere vett. mstorum: nec video quare vulgo *mihi* receperint, quum alterum longe melius videatur; nam queritur se a Cicerone minime consuli, sive in consilio adhiberi; dum contra non opus erat ei ut Cicero consuleret, sive prospiceret, quando meliore Caelius erat conditione.

7 Servilium Trebonium, et reliquos Caesarianos. Amb. 15 *quam hoc videre.*

8 Intellige Pompeianorum, in quibus, ut Cicero pluries affirmat (epp. CCCXCVIII, 1, CDXCVI et alibi), tanta erat crudelitas, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata eorum qui Caesarem secuti essent, vel etiam Romae remansissent.

9 Significat, Romae plerosque clam Pompeio studere, praeter paucos foeneratores, qui addicti Caesari erant, quod ipsis caverat de pecuniis creditis aestimatione bonorum solvendis. Caelius autem praetor promiserat, se debitoribus fore auxilio, ut patet e Caes. Bell. Civ. III, 201. Ambb. tres, Rec. et edd. Rom. et Iens. *nisi est Pomp.*

10 Aliqui msti et edd. vett. *maximae partes*, unde viri docti suspicati sunt legendum *maximi patres;* alii mss. *maxime partes*, vel *maxime pius*, unde aliqui correxerunt *Piso.* Sed *plebs* et *populus* bene coniunguntur. *Plebs* est pars populi vilissima; *populus* sunt tres ordines simul iuncti, senatorius, equestris et plebeius.

11 Graev. *Immo vero rel.;* mss. nonnulli et edd. vett. *reliquos exspectant;* alii etiam *reliquas* vel *reliquias exspectant.*

12 Locus corruptus; et quod nostri habent, iam editum est. Oudendorpius ad Sveton. Caes. I coniicit *mirabimini in me Catonem*, vel *me alterum Catonem.*

13 Sic bene Ernest. ex ed. Med., cui suffragatur Amb. 11. Vulgo *nec haec adhuc;* unus 15 *nec hodie adhuc;* at 2 *nec hoc adhuc.* Mox *quam pateamus*, scil. offensionibus belli. Tres Ambb. atque alii et edd. vett. cum Lamb. et Victor. *qua nos pat. et qua simus imb.* Vnus 15 qua *vos spe pascamus, et quantum sumus imb.* Infra idem cod. *Atque haec.* Paullo post *indignitatis*, quod scil., ut Dio (lib. XLII) narrat, Caesar Trebonio praetori

urbanam iurisdictionem mandasset, quam Caelius expetebat. *Manut.* Infra *indignitatis* pro *indignationis*, quod Lamb. dedit.

14 Idest in Graecia. Vid. ep. sup.

15 Ad decernendam causam certissimum. *Ernest.* Vnus Amb. 2 *fortissimum.* I. F. Gronovius legi volebat *quo firmissimus est*, scil. Caesar. Mox ed. Rom. *nec vestras;* infra vero duo Ambb. *vestri v. d.*

CCCLXXXIX.

1 Desunt haec in tribus nostris cum Rec. et ed. Med. Vulgo simpliciter *valeo;* Lamb. *ego valeo.* Nostri plerique *Si vales gaudeo et Tullia nostra;* unus 13 *S. V. G. et Tullia recte valet et Cicero;* cui consonat idem Rec. et ed. Med. praeter priora. *S. V. G.*

2 In ep. DLXII additur *se: accepi — Piliam et Atticam plane belle se habere.*

3 Idem est ac Caesaris causa, quia cum Caesare faciebat Dolabella. Supra pro *Etsi* Lamb. *Si nullo.* Mox ad *tibi suadere* putant viri docti excidisse *me;* ed. Med. *suaderem.* Infra vero, *nobisque*, unum Amb. 12 expressi; Schütz. ex tribus Dresd. aliisque *nobiscum*, eique favet noster 7 et edd. Rom. et Iens. Vulgo *nobiscumque;* in quo inepte inculcatur *cum.*

4 Inclinata scilicet in Caesarem, Pompeiumque deserens. Hittorp. pr. *quum iam inclinata sit victoria.* Mox Amb. 1 et Rec. *quidem etiam in.*

5 Tres Ambb. inepte *te sibi suadere videar;* unus 2 *te tua de re videtur;* ed. Rom. *tua de re;* Iens. *te tibi;* Lamb. *in qua tua de re tibi;* Amb. 13 cum ed. Med. *in quam sc.* Mox 12 *quod tibi pie.*

6 Lamb. aliique *nec etiam regum aut nationum.*

7 Amb. plures cum Stewech. *contingit.*

8 Exercitum veteranum appellat, quem Pompeius proconsul in provincia sua Hispania habebat, Varrone, Afranio et Petreio legatis (Caes. Bell. Civ. I, 38 et seqq.); ad quem depugnandum quum Caesar proficisceretur, aiebat, ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu, ad Pompeium scilicet, qui collectitium exercitum in Graecia habebat; Sveton. in Caes. *Circumvallato,* ad Dyrrachium; Caes. Bell. Civ. III, 41. Tum pro denique Lamb. coni. *undique.*

9 Ernestius nescio *an nulli,* postulante latinitate et sensu; nam *nescio an* affirmat; et revera in ep. DCC aperte est: *quod haud scio an nemini, ut* etc.

10 Amb. 7 *providentia.*

11 Vsitatius *a te peto,* ut saepe alias; quod habent aliquot mss. et edd., et Oliv. recepit.

12 Lamb. *vitaverit;* quod placebat Ernestio, qui id reperit in suo msto; est enim minus quam *evitaverit.*

13 Scilicet optimatum, sive Pompeii, quas probasti. Mox *ei* exsulat ab aliquibus mss. et edd. vett. Amb. 15 *partibus rei publicae.*

14 Particulam *ut,* quae vulgo abest, addi volebat Lambinus, sicut revera est in ed. Med., et Schützius recepit.

15 Lamb. et Oliv. *sequimur,* quod malebat Ernestius.

16 Amb. 15 *rescribas.*

17 Schützius correxit *ipsum,* ratus id requiri a vi oppositionis; at sensus iam satis per se probe constat, nempe: facile impetrabis per te ipsum, vel facile erit tibi ipsi; maxime vero quum meae preces accedent. Mox pro *tamen* duo Ambb. 3 et 7 cum Rec. *m. tum puto.*

18 Msti aliqui et edd. vett. Lamb. et Oliv. adiiciunt *Vale;* quae familiaribus clausula est alias perusitata.

CCCXC.

1 Cod. aliqui *T. Terentiae suae.*
2 Vid. ep. super. init.
3 Amb. 7 *Idus Iun.*

CCCXCI.

1 Quod pertinet ad secundam pensionem dotis Tulliae, quae Kal. Quintil. numeranda est Dolabellae (epist. CCCLXXXVII), hoc magnam utraque ex parte habet difficultatem. Nam si solvo, periculum est amittendae tantae pecuniae, quam Dolabella forte absumet. Si retineo, et auctor sum Tulliae divortii faciendi, verendum, ne Dolabella, qui gratia plurimum valet apud Caesarem, ista contumelia lacessitus odium Caesaris in me concitet.
2 Ante Ernestium aberat *et*, qui id agnovit ex vestigiis mss. et edd. pr. legentium *etiam*, quod ipsum ex *et tam* ortum esse, recte putat.
3 Divortium Tulliae cum Dolabella. *Ernest.* Ed. Iens. *ista re quam scribis abrupte.*
4 Eadem ed. Iens. *amicitiae benivolentiaeque;* Rom. *benivolentiae fideique.* Mox *illius*, scil. Tulliae.
5 Ex Cilicia datas (ep. CCLXXVI et seqq.). *De salute nostra*, hoc est de Tullia Dolabellae collocanda. *Ernest.*
6 Idest singulare. Sic et ep. CDLXI init. *praecipuo quodam dolore angi.* Porro *ista r. nihil h. c.* iam opinatus erat Lamb. post Corrad. et Malasp. legendum *nonnihil* vel refragantibus libris omnibus; quod lectio recepta, quamvis antiqua, ferri non possit. Mox Amb. 16 corrupte *profecto ut deesset gravissima esse et me v. p.* Ed. Iens. *profecto ut deessent gr. c. et me — potuisse arbitraris.*
7 Pertinet ad rem familiarem Ciceronis. *Ernest.*

8 Relinquatur apud Egnatium Trapezitam, ut est. *A me* scil. meo nomine, meo periculo; ep. CX.

9 Inter Pompeium et Caesarem ad Dyrrachium.

10 Pompeius. *Corrad.* Amb. 16 *is maxime.* Paullo post pro *opinantes* alii *opinor.*

11 Ipse des literas nomine meo. Vid. ad ep. CCCLXXXVII extr.

12 Tulliae. *Corrad.* Ed. Iens. *ne quid in ea re desit.* Tum supra *In primis vero.*

CCCXCII.

1 Tullia, scilicet; ep. CCCLXXXVII. *Ernest.* Ed. Rom. *sustentetur partim;* Iens. *partim de Frusinatis.*

2 Hoc est, de fundo Frusinati, quem pridem vendidi, peropportunum mihi nunc est eum redimere, si modo duraturi sumus incolumes. Hoc patet ex ep. CDVIII: *De fundo Frusinati redimendo iampridem intellexisti voluntatem meam.*

3 Pro *aliquando.*

4 Tueor tua in Epiro, ne quid milites Pompeiani diripiant.

5 Supple *curat.* Ernestius supplebat *narrabit quum ad te venerit.* Sed has literas Isidoro, non Celeri dedit perferendas. Quintus Pilius Celer consanguineus erat Piliae Attici uxoris; ep. CCCLXI. Alii *Celer ipse. Fugi.* Muretus vero legebat *Ceterum ipse fugi,* omisso Celeris nomine. Manutius tamen ex antiquo cod. affert lectionem *Cetera eelo.*

6 Proelio Dyrrachino, quo Pompeii fortuna superior fuit, et tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur; Caes. Bell. Civ. III, 72. Vid. ad ep. CCCXCVIII, 3.

7 Propter relatam victoriam.

8 Sermo est vel de solvenda dote, vel de divortio Tulliae procurando; ut ep. CCCXCI. Mox edd. Rom. et Iens. *solitudo.*

9 Cum Pompeio.

10 Scilicet Pompeii, sive rei publicae.

11 Cod. Amb. *ad me.*

12 Dotis Tulliae solvenda; vid. ep. super.

CCCXCIII.

1 Abest hoc initium in Amb. quatuor; 2 vero *Si bene vales da* etc.; idem cum 6 *ego v.*; edd. Rom. et Iens. *ego quidem v.* Sed eadem fere varietas saepe in huiusmodi epistolis occurrit.

2 Vid. epp. CCCXC et CCCLXXXIX.

CCCXCIV.

1 Fortasse ut ex percepta pecunia pensionem dotalem Tulliae solveret, ut vidimus ep. CCCXCII init. et CCCLXXXVII.

2 Lamb. *videas — scis,* etsi inscriptionem dederit *Terentiae suae et Tulliae.* Nec in vulg. bene cohaeret *videatis — scitis,* quum *Terentiae* tantum inscribatur. Codd. aliqui *a me satisf.* Porro *ei, cui sc. me s. velle,* respicit Dolabellam; epp. citt.

3 Scilicet Tullia. Vide Victor. In vetere libro apud Vrsinum est *Tullia nostra.*

4 Servum a pedibus; ep. CCCXXVIII, 1. Mss. aliqui *Pollucem.*

CCCXCV.

1 Ex Graecia, et post pugnam Pharsalicam.

2 Est sermo, ut videtur, de Quinti fratris eiusque filii animo in se aversissimo, de quo dolet ep. seq. 5. Amb. 15 *magisque in.*

CCCXCVI.

1 Scilicet, me repente et impetu animi in Italiam adduxerint antequam me cum Caesare reconciliaverim (epist. CCCXCVIII, 1). Post pugnam Pharsalicam Cato, qui XV cohortibus praeerat Dyrrachii, contendit, ut iis Cicero cum imperio praeesset: ita conveniens legibus esse, quod dignitate consulari praecelleret. Cicero imperium detrectavit, parumque abfuit, quin a Pompeio iuniore eiusque amicis eum proditorem saepe vocantibus interimeretur. Vt Brundisium appulit, substitit ibi Caesarem propter occupationes in Aegypto et Asia morantem opperiens. Plutarch. in Cicer. p. 880.

2 Nescio cur recentiores hic et infra mutaverint in *quod.*

3 Scilicet, quas simul cum aliis, nomine etiam aliorum.

4 Lamb. *te subita re quasi debilitatum.*

5 Apud Caesarem Caesarisque amicos.

6 Scilicet ad urbem.

7 Hoc est, ita in via disposita, ut semper aliqua habeam, quo iter faciens, ingrediar interdiu.

8 Isaurico, consuli hoc anno. Supra pro *et Basilo* codd. Ambb. *a Basilio.*

9 Var. mss. Ald. addunt *scripserim;* quam lectionem confirmant vestigia codicum et editionum veterum legentium

nihil omnino ad vos scriptis literis. Tum *intervallo*, intellige temporis, non loci.

10 Atticus scire volebat, quo animo Vatinius erga illum esset, iniuriaene, an beneficii memor (ep. CXLVIII, 5). Plurimum enim poterat Caesare Victore Vatinius, et erat designatus consul cum Q. Fufio Caleno. *Popma.*

11 Quintus Cicero, quum Marco fratri suasisset olim, ut ad Pompeium proficisceretur (ep. CDIV ante med.), timens nunc temporis a Caesare, Caesarisque gratiam aucupare volens, turpi et scelerato mendacio confinxit, sibi Marcum fratrem auctorem fuisse, ut ad Pompeium proficisceretur, et maledicta in fratrem conferre non destitit. Vide Manut. et epp. CDII, CDIV, V, VI, VII.

12 Scilicet Patras, urbem Peloponnesi, nunc *Patrasso.*

13 Ad Caesarem in Asiam; ep. CCCXCVIII, 4.

CCCXCVII.

1 Quae Romae aegrotabat; ep. seq. 2.

2 Praecipue lictores; ep. seq. 1.

CCCXCVIII.

1 Iis, quorum iudicium magni ponderis est.

2 Pompeianis.

3 Asiaticis praecipue, a quibus auxilia petierat Pompeius; Caes. Bell. Civ. III, 4. Vid. ad ep. CCCL, 3.

4 Herv. *de re ipsa.* Tum Amb. 16 cum edd. Iens et Rom. *nisi crud. cog. sensi.*

5 Quod in Italiam redierim, quum potius in oppido aliquo sive Achaiae, sive alius provinciae a bello vacuae, dummodo extra Italiam, esse debuissem.

6 Sine lictoribus accedere non licet, et cum lictoribus est

molestum, vel periculosum, iis non concessis; ep. CD. *Corrad.*

7 Idest iussi sine securibus (quas habebant magistratus extra urbem), tantum cum fascibus, non ire ordine, ut lictores solent ante magistratus, sed confuse incedere, quasi essent e turba occurrentium consectantiumque, ne milites Caesariani, qui in praesidio oppidi sunt, in eos et in me impetum facerent, utpote non agnoscentes imperium cuiusquam Pompeiani. *I. Fr. Gronov. Modo,* idest *nuper,* dedi cum Graev. et Oliv. aliisque recentioribus, quum sit in mss. et edd. vett. *non.* Ceteri recentiores, ut Ernest. et Ios. Vict. Cler., *nunc.*

8 Magna hic locus laborat varietate lectionis in codd., variisque coniecturis vexatus est. Cod. Ball. et Helm. aliique *Recipio tempore me domo: te nunc ad oppidum, et quoniam his placeret modo propius accedere, ut de hac re considerarem.* His proxime codd. Ambb. *considerarent* pro *considerarem* habent cum Herv. et Iens. Lamb. illud *recipio tempore me domo* glossema putavit, cetera vero sic legenda *Tu nunc ad Balbum et Oppium, quoniam iis pl. me pr. ac. ut hac de re considerarent.* Io. Fr. Gronovius coniiciebat *Recepi tamen postea ad me domum. Te nunc ad Oppium. Si iis placeret modo propius accederem, ut hac de re consideraremus.* Cui coniecturae Schützius accedens dedit *R. t. p. ad me d. Tu nunc adi Op. et Balbum;* quorum nomina saepe coniunguntur, ut in epp. CCCLXVIII, CD, aliisque; quod postremum ideo et nos retinemus. Ceterum vulgatam et mstorum lectionem, quamvis corruptam sequi consultius duximus, quam incertis coniecturis inniti, quarum plures vide apud Graevium, quem consule, si lubet. Male autem Iac. Gronovius et Ernest. *Oppium et Antonium.* Videtur tamen legi posse *Recepi tempore me*

domum. Nunc ad Balbum et Oppium, modo iis placeret, propius accederem, ut hac de re considerarem.

9 Vulgo additur *curae fore*, quod delendum esse vidit Ernestius. *Schütz* Mox infra ed. Rom. *confirmantque; et quidem.*

10 Ille praetor erat, hunc tribunum pl. vidimus ad ep. CCXXII, 3, et consulem post Caesaris mortem videbimus ad epp. DXX et seqq. Tum *suorum*, scilicet eorum, quos nominavit.

11 De Pompeii morte in Aegypto quod nuntiatum est, statim credidi; vid. ep. DCCCXLIII, 2. *I. F. Gronov.*

12 Fannius (ep. CCCXXXIX, 3 et CCCIX), qui in acie Pharsalica ceciderat, minabatur olim Attico, quod in Italia manserit. *Ernest.*

13 Caesar hortos magnificentissimos habuit circa Tyberim, quos testamento legavit in usum publicum. Sveton. in Iul. c. 83. Meminit eorum Horatius lib. I, sat. 9, v. 18:

> Trans Tiberim longe cubat is prope Caesaris hortos.

Popma. Baias vero memorat Seneca ep. 52. Pompeiani post praelium Dyrrachinum (ep. CCCXCII) iam Caesarem superatum rati, domos bonaque eorum, qui in castris erant Caesaris, petebant (Caes. Bell. Civ. III, 82, 83); iamque de sacerdotio C. Caesaris maxima orta erat contentio inter Lentulum Spintherem, Domitium et Scipionem, quis eorum illud obtineret. Hic autem L. Lentulus, qui Hortensii domum et Caesaris hortos sibi cessuros putabat, erat Lentulus Crus, sive Cruscellus, quem consulem cum C. Marcello an. sup. vidimus. At verum non vidit; nam Pompeium fugientem secutus comprehensus est a Rege Ptolemaeo, et in custodia necatus; Caes. Bell. Civ. III, 104, et Plutarch. in Pomp. extr.

14 Caesarianorum. *Schütz.*

15 Quod Pompeiani erant ausuri. *Idem.*

16 Caesarem pro se et filio. Vid. ep. CD. Mox Ambr. 16 *q. e. non audivi neque vidi.* Infra *literas*, intellige Pompeii mortem nunciantes. Pro *Alexandrinas* alii *Alexandreas.*

17 Scilicet meum ex fratre nepotem. Ed. Rom. *incidisse in euntem;* vulgo *an euntem*, ubi forsan excidit *eum* aut mutatum in *an.*

CCCXCIX.

1 Quod vulgo legitur *et e Dolabellae valit. et Tulliae* est e coniectura Graevii. Amb. 7 cum Rec. et edd. Rom. et Iens. *d. ex Dolab.*; in quibus item edd. abest *meas.* De Tullia vid. ep. sup. 2 et CCCXCVII.

CD.

1 Var. mss. Ald. cum ed. Iens. *Ita factum igitur est.*

2 Caesarianis, qui Romae erant.

3 Sextius initio anni superioris post quam tribuni plebis Q. Cassius et M. Antonius, ut saluti suae consulerent, profugerant ex urbe, se seque Ravennam ad Caesarem contulerant (ep. CCCI, 2, et Caes. Bell. Civ. I, 5), Ciliciae a Pompeio et Senatu praepositus fuit. Post pugnam vero Pharsalicam, venia a Caesare impetrata, illi in Asia operam suam navavit. Significat itaque Cicero, Caesarem, qui omnia senatusconsulta post tribunorum fugam improbabat, debuisse etiam, ut sibi constaret, imperium et lictores Sextio concessos a Senatu improbare; quum autem Sextius lictores adhuc habeat, dicendum esse, illos ab ipso Caesare datos, non suos Sextium conservasse. Ratio autem Ciceronis alia erat ac Sextii. Nam ipse licto-

res suos obtinuit multo ante quam tribuni profugissent ex urbe, quum scilicet Ciliciam regendam suscepit; nec eos umquam dimisit.

4 Italiae praefectus; ep. CCCLXIII aliisque seq.

5 Quod ad primum attinet, Caesar deceptus fuit. Nam Cato in Africam profugerat (Hirt. Bell. Afr. 22 et 88). Alter est ille, qui tribunus an. superiore Caesari sanctius aerarium effracturo restitit; ep. CCCLVI, 3. *Mongalt.*

6 Nempe Caesarem. *Schütz.*

7 D. Laelium, Pompeianum, qui navibus Asiaticis bello civili in Graecia praefuerat; ep. CCCXXXIV, D; Caes. Bell. Civ. III, 5, 40, 100. *Ille edixit,* scil. Antonius.

8 Si sic, videlicet, Antonius edixisset: ex omnibus Pompeianis ne cui liceat esse in Italia, nisi quorum causam Caesar cognoverit, aut de quibus Caesar scripserit. Quo edicto Cicero non nominatus, re ipsa tamen exceptus esset; si quidem Dolabellae literis Caesaris iussu confectis, in Italiam venerat. *Manut.* Aliqui codd. et edd. *res ipsa.*

9 Scilicet, existimationem non amisisse, non eos a sua de me opinione deceptos fuisse. Mox *nihil scilicet* glossam sapit.

10 Resumit praeced. sententiam: *sed si quid res dabit tibi facultatis:* sed si quid tu poteris me consolari, ex iis, quae acciderunt poteris. Nam, ut explanat Manutius, exitu Pompeii perspecto, minus reprehendor, quod cum eo post Pharsalicam pugnam fugiente profectus non sim. Mox cod. Ambr. 8 *et hoc n.*

11 Quum Pompeiani me imperatorem dixissent (epist. CCCXCVI, 1), ut qui plus omnibus in illo bello vidissem. *Ernest.* Cuius rei causa fuit quod recte facturus non videbar si rempublicam defendendam Barbarorum auxiliis (significat praecipue Iubam Mauritaniae regem) tradidissem. Abest *quam* in libris quibusdam.

12 Hoc est, valde istorum facto urgeor, et nescio quid ad hoc respondeam. Abeundumne, ut isti, in Africam? Hic quoque ex eventu iudicandum est: num scilicet aliqui aut omnes saluti suae consulendo ab Africa, atque ab armis discedant; quod si acciderit, meum factum minus condemnabitur: vel perseverando in armis victoriam obtineant; quo in casu turpe existimabitur et periculi plenum consilium meum. Lamb. *ut aliqui sint;* Schütz vero *si aliqui,* ambo ex ingenio, rati, sine huiusmodi particula sensum constare minime posse.

13 Sulpicius in aliquam provinciam vacuam a bello secessisse videtur. *Mongalt.*

14 Consilium. *Graevius.* Aliter tamen Manutius, scilicet eorum, quae Ciceroni a bonis viris obiici poterant.

15 Scil. venia a Caesare impetrata, statim Romam ire poterunt, quum ipse Brundisii sedeam miser. Schütz dedit *venient;* melius quidem, sed sine auctoritate. Mox edd. Rom. et Iens. *Haec tu, prout facis m.*

16 Scilicet, te hoc tempore ad me non venire. *Schütz.*

17 Sic auctore Tunstallo rescripsit Ernestius, et revera sic necessario requirit infra vox *eam.* Edd. pr. cum Amb. 16 *quod scr. efflagitare;* Herv. Vict. *Terentiam flagitare;* qui item infra pro *tibi obesse* habent *Terentiae ob.* Vulgo *te flagitari.* Efflagitare scilicet, ut maneres in Italia, ut explanat idem Ernestius.

18 Nomine Ciceronis, ut supra ep. CCCXCVI, 3.

19 Herv. *Sami qui patrem vidisset et Sicyone.*

20 Scil. Caesarem. Sic Lallemand. ex mss. regiis dedit; vulgo male *viderunt.* Graevius malebat *videbunt.*

CDI.

1 In tribus codd. Ambb. 3, 7 et 15 et Rec., item in edd. Rom. et Iens. *afflictus*. Supra vero pro *sint* plures vulgg. edd. *sunt n.*

CDII.

1 Caesarem.

2 Scil. Caesarianis. Graevius aliique posterr. *et praesentibus;* scilicet contra fidem mstorum et edd. vett.

3 Calenus (ep. CCCXLVI). Sic Schützius, praeeunte Manutio et Popma. Vulgo *Furnius;* minus recte; nam hic et ante civile bellum, et post amicissimus Ciceroni fuit; epp. CCCXLVII, 4 et DCCCXXVI. Var. mss. Ald. *Frater — inimicissimus, qui misit:* et revera *Qui* pro *Quintus* habent et alii vett. libri.

4 Epp. CCCXCVI, 5 et seqq. Hoc videtur confirmare lectionem modo allatam, nempe ut *inimicissimus* ad Quintum referatur.

5 Scilicet maledictorum, quibus utebantur Quinti Cicerones, frater et filius. Confer epp. CDIV et duas seqq. *Schütz.* Herv. *nosti genus huiusm. hominum;* mox infra *conversum consilium.*

CDIII.

1 Hoc insititium recte suspicatus est Ernestius, ideoque uncis inclusit. Vnus Amb. *literas.*

2 Tacite Dolabellam accusat, cuius consilio in Italiam venerit; ut legitur ep. CD, 1 circa med.

3 Plures Ambb. *Non. Iun.;* in aliis vero haec absunt.

CDIV.

1 Veni in Italiam. *Corrad.* Vid. epp. CCCXCV et CCCXVI, 1.

2 Quibus M. Antonius ex illo edicto, quo omnes Pompeiani Italia prohibebantur, me et Laelium nominatim excepit; ep. CD, 1.

3 Quia si Italia excedere nunc temporis voluisset, visus esset Caesaris beneficium, atque ipsum Caesarem spernere, quod erat periculosum nimis.

4 Nempe id fecerat, ne tribuni novi, aliquid in absentes statuendo, eum excluderent Italia. *Ernest.*

5 Antonium cum Mongaltio et Schützio significari puto. Antonius autem viduam Clodii uxorem duxit. Corradus Caesarem intelligit.

6 Ab Antonio nomine Caesaris lata, et illa ipsa qua Pompeiani omnes, exceptis Cicerone et Laelio, in Italia esse prohibebantur. Hac etiam lege se dicit confectum, quod, ut ait Mongaltius, ipsa exceptio significabat, Caesarem Pompeianis esse iratum, et futurum aliquando, ut, ceteris inimicis suis sublatis, ipsum Ciceronem puniret. Ernestius censebat corrigendum *cuius iam lege*, ut est in ed. Rom.

7 Ed. Rom. Herv. Vict. Grut. *causa.* Mox alii *mea culpa.*

8 Ita correxi vulgatum *sciveram* (*quid facerem?*) *coeperamque.* Sensus est: sciveram (a *scisco*, ut Graevius monuit), scilicet decreveram quod facerem, nempe in Italia manere, et bello abstinere constitueram. *Schütz.* Lambinus et Bosius *quieveram* (*quid facerem?*); quod et Oliv. recepit, sed contra fidem mstorum. Alii *siveram;* aliqui etiam *iveram.*

9 Proficiscendo ad Pompeium. *Ernest. Meis* putant alii significari optimates, ceterosque amicos et necessarios. Mss.

et edd. pr. *cessimus*. Lamb. aliique *cessi invitus*. Mox *unus* est Quintus frater. *Idem.*

10 Commendaverat Atticus Marco Quintum fratrem, ut apud Caesarem suis literis adiuvaret. Vnde illud epist. CDXXVI: *Scribis, illum per me Quinto fore placatiorem;* ep. CDVII, 1. Vide *Manut.*

11 Vt infra, scilicet, describitur.

12 Caesari familiarissimo; epp. CLV et CDLXVIII. *Mongalt.* Mox pro *deferri* Graev. aliique *referri.*

13 Scilicet Quintum fratrem. Mox *favisse*, videlicet eidem, legationem ei dando in bello Gallico; ep. CXLVII, 7. Herv. Lamb. aliique *fovisse:* alterum tamen sensui magis congruum, sed insolenter cum accusativo.

14 Supple, fuisse epistolas eius ad alios. Herv. aliique *eiusd. g. literas.* Lambini vero interpunctione *literas* refertur ad seqq. *ad te misi.*

15 Non ipsi Quinto, sed ad quos scriptae sunt.

16 Quinti signum, quo iterum obsignari possunt.

17 Sic optime hunc locum constituit Graevius. In cod. Balliol. *ist. m. per te patrimonio;* cui accedit Amb. 8; cod. Helmst. et edd. pr. *i. m. partu patrimonio.* Ideo Graevius recte suspicatus est in verbis *per te* vel *partu* latere *patre.* Nempe quia putabat Cicero nec tanta mala sustinere, nec diutius vivere posse. *Patrimonio* vero, quia fortasse de proscriptione timebat.

18 Videtur, ei perlatum esse rumorem, Terentiam quoque privatum iri bonis, aut et de ea accusationes factas esse apud Caesarem, ut coniicit Popma.

19 Hoc est, si me non invenies, ut significet se abiturum, vel moriturum. *Corrad.*

20 Ne Q. frater (qui erat minor natu ex Olbia eorum matre) post me natus esset. *Idem.*

CDV.

1 De Quintis, patre et filio; epp. CCCXCVI, 5 et CDII.

2 Hoc est portorio (ep. XLII) et scripturae Asiae magistri loco praefuit. Vide fusius ad ep. CCXXXVI. Edd. priores *magnas operas;* quod recte deletum male revocavit Graevius, quem secutus est Olivetus.

3 Alii *contaretur*; utrumque insolenter: melius Lamb. *percunctaretur.*

4 Orationem ita multitudine versuum amplam, ut voluminis, hoc est libri sive operis instar sit. Vid. ad ep. CCCLI ante med.

5 In urbe scilicet huius nominis; ep. CCCXCVI, 5. Mox in aliquibus mss. et edd. pr. *simili sc.*

6 Vid. ep. sup. 2. Herv. *misit.*

7 Pugna Pharsalica pugnata, Cato et Scipio Pompeii socer in Africam profugerant, ibique adiunctis Iuba Mauritaniae rege et Varo, magnum adhuc negotium Caesari facesserant. Hirt. Bell. Afr. 44, 52, 57; Appian. Bell. Civ. II, 87.

8 A Q. Cassio Longino vexata; Hirt. de Bell. Alex. 48: non a Cn. Pompeio Magni filio, qui finito bello Africano, quod tunc erat coeptum, in Hispaniam profugit et bellum excitavit. *Corrad.* Item *alienata Italia,* propter Antonii crudelitatem ac direptiones. Confer ep. CDXI, 1; Phil. II, 25. *Malasp.* Edd. vett. habent *alia;* Vict. *Gallia.*

9 Motibus tribunitiis et rogationibus, maxime Dolabellae (qui tunc erat tribunus) ferentis legem perniciosam de novis tabulis; epp. CDVII, 3; CDX et CDXVII, 2. *Popma.* De novis tabulis vid. ep. CCL, 8.

10 Quintos, patrem et filium, Cicerones, Attico affines.

CDVI.

1 Cod. aliqui et edd. vett. *possem*.

2 Partes scilicet Pompeianas in Africa se recollegisse et convaluisse. Ideo subnectit: *nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere;* quod, scilicet, illis tam validis relictis, me in Italiam receperim. *Graev.*

3 Herv. *ut quae ad me pertinent s. m. c.*

4 Pecunia qua utamur ad sumtus quotidianos. Sic Terentius in Adelphis, V, 9: *Siquidem — tu tuum officium facies, atque huic aliquid dederis, unde utatur,* hoc est, explanat Donatus, unde vivat. *Qui* ablativi loco tam singulari quam plurali numero veteres ponebant. *Popma.* Vid. *Gronov.* de Pec. Vet. II, 7.

5 Hic possum pecuniam mihi necessariam mutuam sumere, si sciam Romae vos reperisse qui solveret creditori meo per attributionem, ut ante in Sallustio. *Ernest.*

6 Quintus frater. *Schütz.*

CDVII.

1 Hoc est, de discessu ab Italia, ubi exceptione Caesaris (ep. CDIV) sedebat.

2 Duo Ambb. *quamquam;* alii *quam;* Lamb. *Posteaque quam.*

3 Caesarem scilicet.

4 Impulsorem, a *lituus,* qui est baculus incurvus. In veteribus libris, teste Vrsino, legebatur *illicium,* quod Iunius defendit, quem vide, si lubet.

5 Intellige Balbum Cornelium. Mox pro *cognossem* ed. Rom. Herv. *cognosset,* quod ad eumdem Balbum Cornelium referri posset.

6 In me praesentem; ep. CDIV, 2, extr.

7 Ita primus Pantagathus correxit: nam mss. omnes et edd. vett. corrupte *tamen L. in eo,* vel *tamen timeo,* vel *Nilo meo;* quod Bosius et posterr. plerique receperunt.

8 Edd. Rom. Iens. Herv. *nostra;* fortasse melius, ut supra *nostrae coniunctionis.*

9 Hoc est, ut pacis conditiones quam optimas a Caesare obtinerent.

10 Vid. ep. super. not. 8.

11 Hoc est, ut scribas meo nomine; ep. CCCXCVI, 3 et CD extr.

12 Ironice: nam Dolabellae, qui tunc temporis tribunus erat plebis, actiones de novis tabulis in fraudem creditorum (ep. CDXVII, 2) turpissimae erant.

13 Cretio simplex dicitur, quum e pluribus heredibus scriptis unus cum cretione instituitur, reliqui sine cretione. Itaque significat, se unum institutum fuisse heredem, quum nullus alius ad se miserit, ut secum hereditatem cerneret. *Galeo* hic quis fuerit, parum refert investigare. Incertum autem est an haec hereditas eadem illa sit, de qua ep. CCCLXXXVII init.

CDVIII.

1 Edd. vett. aliquot *P. Servilio,* quod et Lamb. coniiciebat.

2 Servii Sulpicii patris, nam et filius Servius dicebatur. *Corrad.*

3 Quantum me iuvet, idest nihil. Alii minus recte *me int.;* unus Amb. *interest.*

4 Caesarem, scilicet, superiorem esse, quod solum Ciceroni utile; nam a Pompeianis ab se desertis (epp. CDIV init. et CCCXCVI) erat quod timeret. *Mongalt.*

5 Spintherem, de quo ep. CCCXXXV. Falsus tamen de

eo rumor erat; nam Caesar narrat duos Lentulos, Spintherem scilicet et Cruscellum, ex fuga Pompeium secutos, oppido ac portu Rhodi exclusos, iussosque ex iis locis discedere; Bell. Civ. III, 102.

6 Vt veniam a Caesare impetraret. Profecturus quidem erat, sed ex ep. CDX, 1 apparet nondum profectum esse.

7 Ep. CDIV, 2. Lamb. Vict. et Ambb. omnes *scripsit.*

8 Ep. CCCXCVI, 2.

9 Ep. seq. 3 et CDX, 2.

10 Ep. CCCXCII.

11 Sic Bosius edidit e codd. mstis. Ernestius lectionem ed. Rom. revocavit *neque desperatum mihi ita videbamur.* Schütz. Ernestium secutus est I. V. Cler. Ed. Iens. *n. tamen mihi desperaturi ita videbamur;* Graev. *n. tum mihi desperatum ita videbatur.*

12 Herv. *ex iis, quo in statu sim, videbis.*

13 Vid. ep. CCCXCI extr.

14 Nam statim tota Pompeio data erat, quin ipse Marcus eam tetigisset.

15 Non solum res meae, quo loco sint, nosti, sed causas etiam, cur ita sint. Vid. epp. supp., et praesertim CDVI.

CDIX.

1 Idest propriis, peculiaribus; ep. CCCXCI, not. 6. Edd. Iens. et Herv. *cum malis tum praecip.*

2 Reditus in Italiam. *Ernest.*

3 Pompeiani, qui in Achaia erant (ep. CD, 1 extr.), et veniam a Caesare petebant (ep. CDXI, 1), quam et adepti sunt; ep. CDXXIV. *Idem.*

4 Participium ab *ignosco.* I. F. Gronov. Aliter Mongaltius; quem tamen minus probo.

5 Ep. CD, 1.

6 Cod. Ambr. mss. apud Verburgium et edd. vett. *meliore casu est*, vel *meliore in casu est;* quod sanum esse mihi semper persuasum fuit: scilicet, cui Laelio melius cecidit. De Fin. II: *Et quod extremum, id in casu est.* Non improbo tamen vulgatam lectionem, cui similis est illa epist. CDXI, 1: *Mora Alexandrina causam illorum correxit.*

7 A Caesarianis. *Manut.*

8 Subaudi *Caesar.* Item infra *ab isto* est *a Caesare.*

9 Dolabella. Vid. ep. CDXVII, 2.

10 Scilicet de me detrahere; epp. CDIV, 2 et CDVI, 2.

11 Praeclare locum hunc restituit Gronovius. Cicero petebat, sibi pecuniam curari, qua uteretur Brundisii (ep. CDVI, 2). Illam Atticus curavit per Minucium argentarium Tarentinum, qui in vicinia erat. *Graev.* Alii *ad Minucium parentem;* Lamb. *patrem;* sed utrumque ex coniectura. Codd. enim habent *parentum.* Infra unus Amb. cum ed. Iens. *nam quid egerim?*

12 Supple, te colligere; hoc est, summam XXX sestertium conficere potuisse mirarer, nisi multa redigerentur ex praediis Fufidianis (ep. seq. 2). Agitur de fructibus Fufidianae hereditatis, non autem de fundo Fufidiano (ep. CXLVI, 2), quem olim Cicero emerat.

13 Locus a librariis et correctoribus foede adulteratus. Nos expressimus fere lectionem vulgatam, et partim Victorii, Manutii et Lambini, quae commodum exhibet sensum, si excipias abruptum illud *et id video.* Nec meliorem vero habet correctio Graeviana *Et id video tamen. Te exspecto, quem videre, si ullo modo potest (poscit enim res) pervelim;* quam plerique recentiorum receperunt. Vide, sis, apud ipsum Graev. varias librorum lectiones, quibus fere consonant Ambb., quasque huc afferre nil expedit.

14 Hic quoque tutius censemus lectionem vulgatam sequi:

etsi frequentius *ibi* pro *ubi* reperitur, melius tamen hoc sensum connectit, quem sic explanare perfacile est: Iam ultimum discrimen adest, in quo necessario videndum est quid et quale sit gravius damnum proditurum; quia, ut in ep. seq. Scipio, Cato ceterique iactabantur propediem cum immensis copiis affuturi. Aliter interpretatur Gronovius, qui correxit *difficile est exist.* Cod. Ambr. *Tibi* (ut volebat Graevius, et Ernest. et I. V. Cler. receperunt) *facile est quod quale sit gravius.* Edd. Iens. et Herv. *quod quale sit grave est exist.*

CDX.

1 Melius in vetere libro *cur te* etc. *Vrsinus.*

2 Caesar.

3 Quod non ita prospere bellum gerebat. Fugiens enim Alexandria in navigium se coniecit, cuius tamen repellendi a terra quum facultas non daretur, se se ex navigio eiecit, et ad eas, quae longius a litore naves constiterant, adnatare coactus est. Sveton. in Iul. 64-5; Hirt. Bell. Alex. 21.

4 Pompeiani; ep. CDVII, 2 et CDV, 2.

5 Achaeos more suo vocat obscurius et tectius, qui in Achaiam fugerant post proelium Pharsalicum; ep. CD, 1 extr. Alii legunt *Achaici* ex ep. sup. init., minus recte; nam illic adiective ponitur *Achaici deprecatores;* hic vero absolute, substantive; nisi malis et hic subaudire *deprecatores.* Mox Lamb. *item qui in Asia,* ut ep. sup. et seq., quod melius explicat, alios esse, quam qui in Achaia erant, quique ideo in Asia esse non poterant; atque retortas esse ceteras aliorum interpretationes.

6 Laelium significat, de quo ep. CDIV, 1 med. et CDIX, 1.

7 Pompeianos. *His ipsis,* Caesarianis. *Manut.*

8 Pertinet ad H-S xxx, de quibus ep. sup. 3.

9 Haec epistola non exstat. *Schütz.*

10 Quod in Italiam venerim a pugna Pharsalicà. *Idem.*

11 Excusationis causam apud Pompeianos in Africa.

12 Q. Fufium Calenum, quem Caesar, victo in Pharsalia Pompeio, Achaiae praefecerat. *Manut.*

13 Msti duo regii Paris. *quocumque sunt modo;* unde Lallem. fecit *quocumque modo ad illos se* etc. *Ernest.* His favent edd. Rom et Iens. Nec displicet lectio Lambini *quicumque sint — velint.*

14 Rumor fuerat, Cassium ad Caesarem Alexandriam ire, ut deprecaretur (ep. CDVIII, 1). Quod omnino Ciceronis causam aliquota ex parte sublevasset, quum et alios esse constaret, qui victori se crederent. Hic quoque, inquit, consilium mutasse dicitur, ut praeter Laelium, culpae socium habeam neminem. *Manut.* Edd. pr. cum Lamb. et Lallem. ex mss. duobus. *Nam q. C. Cass.*

15 Ep. sup. 1 extr.

16 Nimirum Clodius, tragoedi Aesopi filius, luxuria perditus; de quo vid. Horat. II, sat. III, v. 239; Val. Max. IX, 1; Plin. IX, 35. Excruciat autem Ciceronem, quod socius Dolabellae adulterii erat cum pellicibus Tulliae (ep. CDXVII, 2). Pater autem familiaris Ciceroni; ep. LII, 8.

17 Scilicet dividendae hereditatis. *Ernest.*

18 Scil. oblatione, sive additione pecuniae ab eo qui maiorem partem accipit; id quod fieri solet in hereditatibus dividendis, quum in partes aequabiliter secari non possunt.

19 Apud Caesarem, a quo si veniam non impetrabat, periculum erat ne bona Ciceronis publicarentur.

20 Lamb. aliique *esse malle;* quod perspicue sensum explet.

CDXI.

1 A Caesare, a quo epistolam illam scriptam non fuisse, ostendit ep. seq.: *Intelligis illud de literis a. d. V Id. Feb. datis non verum esse.* Ac sane fieri potest, ut Oppius eam, aut aliquis alius scripserit, ne Cicero desperatione adductus rursus ex Italia discederet. *Manut.*

2 Intellige Caesari.

3 Sic Lambinus correxit, quod Brutus aliique posterr. receperunt: alii vulgatum *valde de adventu e.*, vel *valde adventus e.* retinere malunt; quod et alios offendit; ideoque Corradus coniiciebat *valida — opinio.*

4 Enumerat quot in locis parum secunda Caesaris fortuna fuerit: *in Asia*, quum Pharnaoes Mithridatis filius provincias a patre olim dominatas recuperare contendens, Domitium Calvinum Asiae a Caesare praepositum superaverit: *in Illyrico*, A. Gabinio a M. Octavio Pompeiano et Barbaris (Hirt. Bell. Alex. c. 43) devicto: *in Cassiano negotio*, quum scil. in Hispania Q. Cassius Longinus Caesarianus provincialibus ob rapinas, et suis ipsis invisus, a M. Marcello et Lepido item Caesarianis oppugnatus interiit; idem ibid. 52, 64. *Alexandria*, vide not. 3 ad ep. sup.: *in urbe, in Italia;* vid. ep. CDV, 2. Itaque ait Hirtius (ibid. c. 65), Caesarem multa Romae male et inutiliter administrare, neque ullam partem reip. satis commode geri animadvertisse.

5 Hoc est, Pompeianos, qui in Africa confirmabantur (ep. sup. et CDV), Italiam et urbem occupaturos, et bellum civile absolutum iri antequam Caesar ab Asia revertatur.

6 Illis, quae a Caesare scriptae dicebantur, de quibus in principio huius epistolae. *Ernest.*

7 A Caesare. Ita correxit Manutius; nam antea legebatur *ullo*, quod Vict. et Lamb. retinuerunt.

8 Aut corrigendum *Achaei*, ut ep. sup., aut subaudiendum *deprecatores*, ut ep. CDIX init. Vid. not. 5 ep. sup.

9 Manutius coniiciebat legendum *auferunt;* Io. Fr. Gronovius vero corrigebat *differunt*, utrumque praeter necessitatem.

10 Deliberatio; nam constituerunt Caesari se committere, sed interposito bello Alexandrino (ep. sup. init.), et Caesaris fortuna in discrimen adducta, decreverunt illius exitum exspectare. Vrsinus *institutum*, Ernestius *consilium* coniiciebant.

11 Haec fuit, ut Appianus scribit, novem mensium. *Vrsin.* *Causam illorum correxit*, ut possint iam liberius decernere quid agere velint: *meam evertit*, qui nimis properavi in Italiam venire, et iam ab omnibus reprehendor. *Ernest.*

12 Codd. aliqui et edd. vett. *quod tu* vel *tuis prioribus*, vel *quod tum prioribus*.

13 Caesarianis. *Schützius.*

14 A Caesare scriptis, ut supra. *Idem.*

15 Abest hic *si* in edd. Herv. et Iens., et contra ponunt mox *Etsi ego.*

16 Vid. ep. sup. init.

17 Incolumis adhuc erat Terentia, et 50 posthac annos vixit, etsi aetatis annum iam 53 exegisset (Val. Max III, 8); sed convenerat fortasse inter virum et uxorem (epist. DXXXIII, 8) de testamento hoc tempore faciendo. Vid. Mongalt.

18 Male rem domesticam administrare; epp. DXVI, 2 et CDXXI, 2.

19 Scilicet de Tullia (ep. seq. et CDIV, 3). Sic vero legendum, non ut vulgo *et maxime quid* vel *quidem scribas de ea*, vel, ut correxit Ernestius, *de eo*. Nam *scribas* est temere repetitum, et revera abest a Faërni exemplo,

teste Malaspiua; et vox *quidem* confusa est a librario cum seq. *de*. Quod sequitur autem *in quo,* sensum, non verba respicit.

20 Nempe, in quo tu nullum consilium excogitare potes, eius nullam medelam esse puto. *Ernest.* Alii *explorato,* vel *deplorato.*

CDXII.

1 Epp. CCCLXXXVII init. et CDIV, 3. Lamb. *sed summa c. m.*

2 Filium, Alexandriam. Pro eo tamen Philotimum libertum misit; epp. CDXV et CDXVII, 1.

3 Sic Bosius e coniectura correxit, quod bene consentit antecedentibus; Lamb. Corrad. aliique *eram tibi eam — liceret, remissurus.* Libri mss. et edd. *Aemathiam,* vel *Ematriam;* ex quo Tunstallus *eam tibi iam;* alii aliter.

4 Alii πραότατα. Sed melius haec omnia abessent, ut iam ediderunt Lambinus, Pantagathus aliique; absunt enim et a mss., et quod editur est e correctione Gronovii. Totum locum vero Lamb. ita constituit. *Pro ea, quemadmodum consolandi causa scripsi, putato, ea* etc. Herv. *Per eam quemadm. consolabundus scrips. pecuniam tantam ais me scr.*

5 Caesarianis.

6 Idest, nihil interest, ut ep. CDVIII, 1. Mox Io. Fr. Gronovius putabat legendum *o. non subeam;* supervacue.

7 Caesarem scilicet. Infra pro *illinc* Victorius coniiciebat *illim.* Edd. pr. *illo* vel *illi.*

8 Ep. sup. init.

9 Custodias enim posuerat Scipio in portubus Africae; vid. ep. CDV init.

10 Qui pro Pompeianis classi in Africa praeerat; Phil. VII extr.; Hirt. Bell. Afr. 64. Herv. *ad me missus esse.*

11 Herv. *De his rebus; quas mihi notas esse voluisti ut scr.*

CDXIII.

1 Alii tum mss., tum edd. *ego quoque*, alii *ego quidem;* plerique recentiorum tantum *valeo.*

2 Ob coniugium cum Dolabella. Vid. ep. sup. et CDIV, 3, CCCXCI et CCCLXXXVII. Codd. Ambb. absolute *sum d. affectus. Nostra f. est n.*

3 Codd. aliqui et edd. vett. *VII* vel *XIV*, vel *XIII Kal.* Lamb. vero haec et *vale* omisit.

CDXIV.

1 Caesaris; ep. CDX, I. Edd. aliquae vett. *ab Alexandria*, vel *Alexandrea.*

2 Vid. ep. prox. super.

3 Ep. CD, 1 et duabus seqq. *Balbum et Oppium* ibid.

4 Ex concursu Caesaris ab Aegypto classibus advecti, et Pompeianorum duce Scipione ex Africa.

5 Idest, quae Caesarianorum ratio sit de me.

6 Balbo et Oppio.

CDXV.

1 Ex Aegypto ad urbem redeunti; ep. sup. *Manut.*

2 Volebat diutius Brundisii non esse; ep. sup.: *ut me hinc expedias* Idem.

CDXVI.

1 Vt Q. frater, Q. filius, uxor et gener. Vid. epp. CDXIII CDXI, 3 et CDV, 1. *Corrad.*

2 Sic primus e mss. Graevius correxit vulgatum *maluissent, quam obesse. Quoniam;* et sic est etiam in cod. Amb. et edd. Rom. Iens. et Herv. Vulgatum tamen Olivetus retinuit.

3 Edd. Herv. Iens. et Lamb. aliique *ne pristinum hoc officium int.;* alii *ne intermittas scribere;* forsan e coniectura, ut suppleant abruptum illud *ne intermittas.*

4 Significat, se aut in tantis miseriis diutius vivere non posse (ep. CDIV, 3), aut in alias terras velle migrare. *Manut.*

5 Alii *cessisse*, vel *excessisse.*

6 Lamb. aliique *euntes.*

7 Sic locum hunc, certe corruptum, variisque coniecturis tentatum, constituendum censui ex ep. CDXXI, 2: *Equidem tibi potissimum velim;* ut quam proxime a mss. et edd. vett. recedat, atque contextui huius et seqq. epist. apte cohaereat. Iidem mss. et edd. vulg. *apud epistolas velim, ut possint adversas ego huius miserrima facultate confectus conflictor.* Bosius ex ingenio correxit *apud ἐνπιστον* (idest hominem bonae fidei) *illas v.; ut p. advertas:* scite quidem, nam consentit loco ep. supra cit. *ut alicui committat:* sed quid sibi vult *illas?* an etiam Tulliam? Sed haec apud patrem ipsum tunc erat; ep. seq.: neque secus mox diceret *huius.* Melius igitur dedisset *illam* sc. Terentiam. Lamb. pariter ex coniectura *velim apud te, quod postulas: ut possim ego adversus h. miseriam tua fac. fretus conflictari:* sed illud *quod postulas* non admiserim; Atticum enim nihil intererat, sed

Tullium. Bosii correctionem receperunt posterr. praeter Graevium. Ex huius autem coniectura Ernest. Mongalt. et Schütz. pro *m. facultate* dederunt *huius miserrimae fatuitate;* quod habent edd. Rom. et Herv.; et ad Tulliam referentes explanant: quod de Dolabella nimis benigne iudicaverit, sibique parum prospexerit: sed interpretationem hanc nimis retortam esse, quis non videt? Commode quoque legi posset *apte de eo postules velim*, idest opportune de testamento solicites.

8 Probe intelligo aeque difficile esse nunc decernere an Dolabellae nuntius remittendus sit (ep. CCCXCI), atque antea fuerat difficile iudicare, utrum conducibile esset Tulliam ei despondere. *Schönb.* Lamb. aliique vett. *c. dato ante;* Manut. *c. dato; attamen;* fortasse melius.

9 Dotis, scil. Dolabellae soluta anno superiore; ep. CCCXCI.

10 Sic Aldus aliique vett., scilicet: aliud quodcumque mallem, quam pensionem secundam solvisse Dolabellae. Vulgo *alium mallem*. Tum *sed praeteriit*, scil. tempus, melius quid prospiciendi, providendi.

11 Sic idem Aldus et Silberus. Vulgo *confici.*

12 Schützius correxit *atque s. m.;* veteres *reque* scribunt; cod. aliqui *teque*, Helm. *tibique*; mss. regii Par. *ex arg. tibi quod satis, multa ex sup.*

13 Inter Caesarem et Pompeianos in Africa; ep. CDVII, 2.

14 Herv. *loquere;* Lamb. *loquitor.*

CDXVII.

1 Scilicet de testamento Terentiae. Confer ep. CDXI, 3.

2 Al. *se tecum l.*, olim in vulgatis *te cum eo loc.*; Lamb. *te esse secum l.*

3 Testamentum si aliter factum est, quam oportet, non video posse, nisi illud mutari. Alii *ni sic illud m.;* quod

est a Bosio: *nisi* vero est in omnibus edd. vett. Tum *aliter et* quosdam offendit, ideoque Manutius correxit *a. est ut op.;* Graevius vero malebat *ac.* Sed *aliter et* pro *ac* vel *atque*, alibi quoque reperire est, ut ep. CCCLXXXVII init.: *de puero aliter scripsisti et ad matrem.*

4 Scilicet a Camillo. Sic emendarunt Corradus et Manutius. Graevius vero *a Nilo* proxime ad mss., sed *Nilus* incognitum nomen. Alii *a nullo;* sed inepta sententia.

5 Sic habent mss. et edd. vett. Pro *Etsi* vulgo *et sic. p. te c.* Manutius legit *fortiorem*, et ad valitudinem Attici refert; alii aliter.

6 Ald. et Herv. *eam modo valere;* inepte; nam ad Atticum referri e seq. *te* patet. Sunt vero qui corrigunt *valeas.*

7 Olim *Augusius*, vel *Augustus*, vel *Agustius.* Quomodocumque sit, homo erat ne Ciceroni quidem notus, dum adiicit *quidam.*

8 Insolenter, nam usurpata dicendi forma est *pridie eius diei;* quod habent Herv. Vict. et Lamb.

9 Eae autem erant a Caesare, ut colligitur ex ep. CDXXII.

10 Alii *ut ego c. e. d.* Codd. Ambb. cum Victorio *eo feci, ut eo c.;* alii aliter.

11 Quod admisi, filiam meam Dolabellae collocando; ep. CCLXXV, 2.

12 Tullia; epp. CCCXCII et CCCLXXXVII. Msti tamen et edd. vett. *miseria.*

13 Scilicet ex argento et supellectile; ep. sup. 2. *Schütz.*

14 De divortio Tulliae cum Dolabella. *Sed omnia timuimus*, scilicet a Dolabella; ep. CDVIII, 3. *Ernest.* Manutius tamen de testamento exponit.

15 Hoc est divortio.

16 Sic mss. et edd. vett.; quod explicari potest: ut vivi videremur non mortui. Dum sensus aliquis non absurdus elici potest, malo hanc lectionem sequi, quam cum

Bosio *vini*, scil. ebrietatis vel vinolentiae, ut ipse interpretatur, quin tamen mihi probet; neque Tunstall. *vici.* Melius fortasse Lamb., sed coniectura, *viri*, quod bene consentit seqq. *doloris virilis habuisse*; qui porro pro *nomine* dedit *tab. nov. metu.* Pronum esset corrigere *vel vis*, aut *vi*, ut est in margine ed. Ald. Et revera de vi Dolabellae sic ep. CDXIX: *quae sit istius vis hoc tempore — ignoro.* Vide Graevium.

17 Hoc est, *titulo* legis novarum tabularum quam Dolabella ferebat; titulo nocturnarum expugnationum etc. De tabulis novis, vid. ep. CCL, 8 et Indicem. *Metellae*, quae pellicem Tulliae fuisse credibile est. Erat haec Lentuli Spintheris uxor. Vide Horat. II, sat. III, v. 239; Val. Max. IX, 1.

18 Quae a viro suo Tullia passa est. Mss. et edd. vulg. vett. *maiorum;* facile corrupte, ut et alia multa in hac et prox. epp. *Nec res periisset*, intellige rem domesticam. Ernest. dedit contracte *perisset* ex edd. vett.

19 Hoc est doloris qui futuram iniuriam praecaveret.

20 Memini tuas literas, quibus me ad divortium Tulliae cum Dolabella procurandum hortabaris; sed memineram etiam, tempus ad id aptum non esse. Vid. ep. CCCXCI init. not. 1. *Etsi quidvis praestitit*, scil. aliud quodcumque melius erat, quam Tulliam nuptui dare Dolabellae; nihil enim deterius mihi accidere poterat. Herv. *ius praest. assequi.*

21 Intellige divortium; non verbis tamen, sed iniqua sua vivendi licentia: audimus enim quomodo suis actionibus remp. labefactare conetur. Putat Bosius, in lege novarum tabularum ferenda in animo habuisse Dolabellam, ut se a restituenda dote eximeret, si nuntium uxori remisisset.

22 Ab ipso Dolabella perturbato. *Corrad.* I. Fr. Gronovius maluit *renuntiare*, scil. repudiare. Omnia hic incerta, et

libri omnes corrupti: alii *de statu Clodii gen.*; alii *detestaturi*, vel *detestatu iri Clodii g.*; quod Bosius defendit, quem vide cum aliis apud Graevium: alii alia, quae hic non expedit referre. Quod nunc edimus cum recentioribus omnibus est a Manutio. Mox *ut hoc vel t.* subaudi cogitet, in animo habeat, vel quid huiusmodi. Schütz dedit *uti hoc*, Grut. *ut ut.*, Herv. *et hoc.*

23 Dotis; vid. ep. super. 2.

24 Discidium scilicet; hoc est, utrum exspectemus donec ipse Dolabella prior divortium uxori denuntiet, an prius ipsi nuntium remitti placeat. *Schütz.* Herv. inepte, sine sensu, *tu ne videlicet ab ipso nascatur.* Grut. *tumne vini abusio nascetur — Ego si* etc.

25 Vid. ep. CCCXCV, 2.

CDXVIII.

1 Ep. sup. 2. Pro *quid* aliqui recentiores *quod:* sed illud habent mss. et edd. vett.

2 Amb. 14 *cum quo*; fortasse melius: perperam vero 6 et Stewech. *cui.*

3 Sic edidi pro vulgato *quando* vel *quum*, ex tribus Ambb. 2, 3, 7, etsi primus *quom* habeat, quorum auctoritatem lubens sequor, quum antecedens *Apertius*, ipseque contextus illud requirat. Ita subsistit commode *scripseram* pro *scripsissem*, vel *scripserim*, ut malebat Ernestius, et habet revera idem Amb. 3.

4 Aut *re*, aut *rebus* insititium suspicor, quum alterutrum nonnisi superflua inculcatio alterius sit; et quidem *re* abest in Hittorp.

CDXIX.

1 De divortio Tulliae; ep. CDXVII, 2.

2 Dolabellae; ep. cit. Sunt tamen qui hoc et sequentia *iratus et ab illo* explicant de Caesare.

3 Quum legem ferret Dolabella de tabulis novis et mercedibus aedium. Dio, lib. XLII. *I. F. Gronov.* Pro *ignoro* autem Lamb. *non ignoras;* alii *non ignoro.*

4 Sic I. Fr. Gronovius e Manutii libro corrigendum censuit. *Schütz.* Quam lectionem confirmant codd. Pall. Vict. Hittorp. aliique; quam et nos recipimus, quum vulgatam *quies t. ab il.* vitio laborare iam questi sint v. d., quicquid Lamb. de altera dicat. Ita sane recte explicatur quod sequitur, scilicet: tamen ipse Dolabella divortium prior quaeret.

CDXX.

1 Vulgo *quid;* quod Ernestius improbat.

2 Alii *v. quod erit.*

3 Ep. CDXVI, 2.

4 Scilicet, affuturus cum Caesare ad me literis (ep. CDXVII, 1). Affuit autem prid. Idus; ep. CDXXIII. *Manut.*

5 Si vera est lectio, subaudiendum *potest.* Aliis tamen abest *ut;* fortasse melius.

CDXXI.

1 Edd. Manut. et Lamb. *quae etiam ad meam T.;* alii aliter.

2 Tulliam aspernabatur Dolabella, qua iniuria sic commovebatur Cicero, quasi eam ipse accepisset. Atticus

nolebat tentari divortium prius quam Cicero pacem confirmasset cum Caesare. Hinc est quod queritur, non licere sibi irasci, ac ne dolere quidem. *Mongalt. Licet* est e correctione. Vulgo *liceat.*

3 Quocumque sensu populus erit (sive Caesarianus, sive Pompeianus). Alias dicit Cicero: *Quemcumque populum habeamus.* Ernest.

4 Hactenus fuit librarii manus; nunc, inquit, ad meam redeo, idest propria manu scribam. Sic lubet edere cum Lamb et Oliv. quorum uterque cum Iunio mox habet *erunt enim.* Bosius ex Dec. *redi; dehinc e.* Manut. Grut. et Graev. e mss. *rediero: etenim haec;* Schütz *rediero: dehinc e. h.* Si modo vera est, ceteris praestat lectio ed. Herv. *ad nostram m. redeamus; enimvero haec oc.* etc. Olim vulgo *reddiderint.*

5 Cuius rei, cuius consilii causam quum illa, scil. Terentia, sciscitari coepit etc. Locus obscurus et corruptus. Msti, testibus Verburgio, Mongaltio et Schönb. cum ed. Herv., ut coniectura emendabat Muretus, *haerere c.;* quod explicari posset, testamentum esse factum quum Terentia dubitare, metuere, titubare coepisset. Quae lectio tamen mihi valde suspecta est; nam si testamentum iam factum erat, quare Cicero Atticum solicitat, ut de eo videat? Praeterea nonne id sequentibus plane repugnat? I. Fr. Gronovius legendum putabat *Quod dum f. Camillus queri coeperat, non credo te comm.* Cod. Amb. *Quod tamen factum* etc. Commodius hinc videtur corrigi posse *Quod tuum factum quum illa qu. c.*

6 Non, credo, te conturbavit quum illa, scil. Terentia inquisierit de testamento, quoniam de eo faciendo non sponte sua rogavit. Bosius aliique posterr. *commorit — rogarit;* Lamb. *commonui;* alii *commoveri;* alii aliter. Vide Graevium.

7 Testamentum deponat.

8 Committi testamentum; ep. CDXVI, 2. *Illa,* scil. Terentia: etsi ceteri, praeter Manutium, ad Tulliam referant.

9 Ne testamentum deponere metueret. Hoc prudenter agebat Cicero; nam eius fortunae, sc. bona, periclitabantur propter belli civilis perturbationes: ideoque volebat ut alicui committeret, vel ipsi Attico, qui neutras partes in bello secutus erat.

10 De quo nuper ad te scripseram (epp. CDXVII, 2 et CDXVI, 2), ut si quid ex venditione argenti vel supellectilis confici possit, operam dares; iam scio equidem venire (*venumire*) nunc nil posse. *Schütz.* Sic bene Manutius distinxit vulgatum olim *me in hoc timere de illo altero. Scio e.;* quod Ernestius retinere maluit, et interpretatur de Dolabella, ne Terentiae rem auferret.

11 Ernest. Schütz. et I. V. Cler. *Tulliae* dederunt e correctione secuti Lambinum et Bosii aliorumque coniecturam. Sed quomodo constare hic potest sensus de Tullia? Nescio sane qua ratione adducantur plures v. d., ut hic et paullo ante inducant Tulliam repugnante contextu. Planissimus est sensus; nam statim resumit: *tua credo; nostra quae poterunt esse? de Ter. autem....* Particulam *et* ad *Terentiae*, quae vulgo abest, excidisse verisimile est ob confusam vetustorum librorum scripturam.

12 Hic quoque textum mutare placuit et Schützio et I. V. Clerico de sententia Corradi et Bosii, opinantes ex praeced. *scripseras* ad Ciceronem referri. Sed non ne eodem redit, et Terentiae non recte congruit? nempe, ut bene explicat Graevius, ut ipsa Romae alicui numeraret hos nummos, qui per suos actores argentarios Brundisii Ciceroni numerarentur; quae permutatio nunc *Cambium* dicitur.

13 Scilicet duo millia sibi retinuerat. Nam scripserat Atticus XII millia sestertium ex argento superesse; Terentia vero X millia tantum misit. *Tam parvum* vero ironice dicit.

14 De me apud Caesarem; ep. sup. *Manut.*

15 A Caesare. Vett. libri aliquot *aut eo me m. e. d. ut etiam si* etc.

16 A Caesare, ex Alexandria. *Manut.*

17 Mss. et edd. vett. *ad rem a.*

18 Scribis te putare, inter Caesarem et Pompeianos, qui in Africa sunt (epp. CDX, 1, CDVII, 2, CDV, 2), literis utrimque mittendis pacem posse fieri. *Manut.* Graevius coniiciebat *putare te*, quod Ernestius et I. V. Cler. ediderunt, qui mox pro *velim* cum Schützio dederunt *vellem*, arbitrati hoc requiri a sequenti *scriberes*, et *velim* tantum dici posse cum *scribas*, ut paullo postea. At isti docti viri, eorum pace dixerim, non perpendunt, Ciceronem, eloquentiae licet principem, in huiusmodi epistolis properans scribendis, ut plerumque fit, non tantum elaborare de singulis vocibus voluisse nec vacasse, quantum iis in suis recensionibus et commentariis. Ita nimirum factum est, ut epistolae ipsae partim ob librariorum inscitiam vel incuriam labefactatae, insuper adulteratae huc usque desciscerent, eorum scilicet opera, qui pro Ciceronis verbis sua propria venditant.

CDXXII.

1 Ep. CDXVII, 1. Eae autem redditae sunt die postero; ep. seq.

CDXXIII.

1 De quibus in orat. pro Ligario 3: *Caesar ad me ex Aegypto literas misit, ut essem idem qui fuissem.* Lamb. aliique *R. m. iam tandem.* Mox *opinione* abest in aliq. mss. Infra vero duo Ambb. *constituam.*

CDXXIV.

1 Vterque enim, victo in Pharsalia Pompeio, ab armis discedendi consilium coepit. Verum prior Cicero Brundisium venit, ut ibi Caesarem ab Alexandrino bello redeuntem exspectaret; Cassius autem se ad Caesarem ipsum in Aegyptum contulit, ut veniam impetraret (ep. CDVIII, 1). Ad hoc refertur quod statim subiungit, et paullo post: *Nos tamen in consilio pari, casu dissimili usi sumus.* Nescio quomodo in mss. et edd. vett. irrepserit *necessaria pert.* Mox alii *quum* pro *quando.*

2 Significat proelium Pharsalicum, quo si non tota reip. causa definita erat, Cassii tamen et sui consilium definiri debebat, a cuius partibus in posterum essent.

3 Intelligit eos qui bellum in Africa renovarunt; epp. CDX init. CDVII, 2 et CDV, 2. *Corrad.* Inter eos autem erat Cato Vticensis. Ed. Rom. *reprehendet,* fortasse melius. Codd. Ambb. omnes vero aliorumque cum ed. Iens. *reprehendit. Praeterea.*

4 Vt scilicet Pompeiani se in Africa confirmarent; epp. citt. Videtur significare, inquit Manutius, ab armis fortasse neutri fuisse discedendum, si ea quae futura erant, praevideri potuissent.

5 Scil. Pharsalico. Schützius ex Ernestii sententia expunxit *quodam,* quod et irrepsisse quidem potest, sed tamen

id sensus non respuit. Mox Gebhardus ex corruptis mss. edidit *consuli — propositum — arbitrari;* quod merito improbat Graevius, etsi posterr. id recipere maluerunt; sed recentiores, ut Ernest. Schütz. et I. V. Cler., tantum *consuli* servarunt.

6 Significat, eamdem veniam impetraturos fuisse Pompeianos, qui in Africam post pugnam Pharsalicam profugerant, quam impetrati sunt qui in Achaiam et Asiam iverant: impetraturos, inquam, si Caesaris celeritate Africani tempus non habuissent se confirmandi. Quum vero a pugna Pharsalica ad hoc temporis annus interpositus sit (distinebatur enim Caesar bello Alexandrino, et Asiatico contra Pharnaçem), alii Pompeiani, qui in Africa erant, adducti sunt ut potius victoriam sperarent, quam veniam vellent; alii, ut ipsum Caesarem a se superari contemnerent, hoc est, utrum vincerent, nec ne, non laborarent.

7 Schütz. et Schönb., e coniectura I. F. Gronovii a Graevio et Ernestio laudata, *te — allegato* pro vulg. *et — legato,* quod Manutius et Corradus de Caesare accipiebant: plane ridicule; nam absurdum est, Caesarem victorem ut legatum adire victos, ut iis clementiam suam concederet. Correctionem *te* pro *et* lubens recipio, nam verisimile admodum est, Cassium et pro aliis Pompeianis deprecasse: *allegato* autem pro *legato*, nulla poscente necessitate, immutare non ausim.

8 Vid. ep. CDXI, 1, not. 4. Mox Ernest. malebat *putasset;* sermo est enim de re praeterita, et subauditur fuisse post *illaturum:* pro quo vero duo Ambb. *allaturum.* Mox unus 15 *perspicere p.;* duo 3 et 7 aliorumque *potes;* quibus fides haberi posset, si prius *et* abesset.

9 Caesaris. Receptus enim a Caesare cum eo mansit Cassius; Dio, lib. XLII.

10 Vt eum ad pacem iam per se proclivem magis hortarer. Simile est illud Plinii l. I, ep. 8: *Addidisti calcaria sponte currenti.*

11 Ep. CDXI, 1 et CDV, 2. Ambb. 7 et 15 cum Rec. *miseris q.* Alii delent *in*, quod subauditur ex praec.

12 Caesar, quo auctore publicis vulneribus mederemur. *Manut.*

13 Amb. 14 *expetendum*, non omnino inepte.

14 Quibus suadebas, ut omnino ab armis abstinerem. *Manut.* Alii mox *Nuceria*, vel *Niceria*; et revera ab Appiano dicitur Νουκερία, et hodie *Nocera*. Vid. Ind. Pro *miseras* Amb. 15 *misisti.*

CDXXV.

1 Diebus scil. duodeviginti postquam Seleucia discesserat.

2 Vulgo abest *is*, quod auctore Graevio et ms. Ball. addiderunt Ernest. Schütz. et I. V. Cler., quos libenter sequor, quum id sit et in edd. vett.; nempe ut distinguatur a C. Trebonio illo celebri, qui hoc anno Hispaniae proconsul erat (Hirt. Bell. Alex. 66), ab alio Caesaris legato in Gallia, quem Caesar ipse (Bell. Gall. V, 40) *equitem Romanum* appellat.

3 Q. Cicerone Marci fratre. *Schütz.* At si de Quinto impetrata sunt, cur Marcus statim infra dicit: *ista nobis impetrata?* Placet igitur quod habet cod. Ambr. *eos denique quae voluissent* etc.; hoc est Caesarem tandem assecutos obtinuisse quae vellent. Edd. Iens. et Herv. *eoque de eo*, quarum haec pro *filium*, *fratrem*, illa *F.* habent. Potest tamen intelligi *a nobis* vel *per nos*, ut in ep. seq. extr.

4 Hunc esse putant Cn. Sallustium, de quo ep. CDXIII.

Infra vero de C. Crispo Sallustio historico, qui cum Caesare erat, intelligit Corradus.

5 Si nunc aliquibus ignosceret, causa illorum cognita; iis quibus ignovisset, nihil amplius timendum esset. Quum vero omnibus ignoscat incognita causa, suspectum videtur esse. *Manut.* Nempe caussae illius cognitionem in alterum tempus eum differre velle. Ms. Vrsini *cognitionem.*

6 Supple *nuntiat.* Significat, Caesarem, confecto bello Alexandrino et Asiatico, Siciliam modo cogitare, eoque protinus venturum, ut inde in Africam contra Pompeianos traiiciat; ep. seq. Lallem. e mss. regiis correxit *eo*, scil. in Siciliam a Patris, ubi tunc erat Pompeius; ep. seq. Paullo post *accedam*, obviam ibo Caesari.

CDXXVI.

1 Fratris, scilicet, ad Caesarem; ep. seq., quam Caesar ad familiares suos Balbum et Oppium, ut opinatur Manutius, misit; hi autem ad Atticum, Atticus ad Marcum.

2 Terentiae, quae significatur mox in *illa*; ep. CDXXI, 2.

3 Caesar, quem bellum cum Pharnace in Asia (ep. CDXI, 1) morabatur. Mox cod. Amb. *Multa enim.*

4 P. Sulla, Sullae dictatoris propinquus, praelio Pharsalico castris a Caesare praefectus (Caes. Bell. civ. III, 31), qui nunc duodecimam legionem iussus erat in Africam traducere.

5 Caesarem; ep. sup. Cod. Amb. cum edd. Iens. Rom. et Lamb. *arbitrabantur.* Tum *in Siciliam*, supple *iturum.*

6 Olim vulgo *Aliquo e. modo hinc e.;* ubi *modo* prior delevit Graevius e ms. Helmst. Iunius e suis libris *ac m. il. aliquo; nam hinc e.* Schütizius correxit *mallem illum alio quo. Hinc enim e.* At quia *aliquis* saepe adhibetur pro *alius quis;* ep. seq. not. 2, et DCLXXXVI:

migrandum Rhodum, aut aliquo terrarum; quidni vulgatum *aliquo* retineas, ut Iunius fecit? Sed illum forte offendit *ac mallem illum.* Id vero sic explicat Corradus: mallem illum, scil. Caesarem, venisse, ne diutius exspectandum hic esset mihi, et loci gravitas perferenda.

7 QQ. fratris et filii; epp. supp.

8 Scil. tempora (ad ep. CCCXXXIV, 1), quorum mala quum ferri potuerint, etiam haec esse ferenda. *Genere ipso,* quia pro nobilitate et optimatibus bellum gestum. *Ernest.*

9 Tempora scilicet Caesariana. Brutus, Lamb. et Oliv. e coniectura Manutii ediderunt *ut obl. mei; idque malim q.* Recentiores ceteri vero Graevianam receperunt *obl. mei multoque m.* Ego quidem, libris omnibus refragantibus, cum ipsis Manutio et Graevio non ausim immutare. Ellipsin vero hic inesse arbitror, scil. obliviscar haec tempora, vel mala, vel quid huiusmodi.

10 Sic Graevius e vestigiis librorum mss. et edit., quibus consentiunt Ambb. Vulgo praeter Schütz. *quorum utilitati meam iunxi.*

CDXXVII.

1 De quibus ep. sup. init.

2 Hoc est *in alium quem;* ut ep. CXIII, 3: *Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco;* et ep. CCXCII: *Si poteris cum Mescinio — si minus cum honesto aliquo homine.* Item ep. CXXXVI; Brut. 44.

3 Q. fratris.

4 Quod genus literarum non eo videtur Caesar misisse ad Balbum et Oppium, ut significaret se improbitate Q. fratris offensum; sed ut notiora etc. Mss. nonnulli et edd. vett. habent *i. improbitatem offenderet,* nempe me ad-

versus illum excitato, ut Iunius explanat: sed libentius praetulerim quod est in ed. Aldi *illius improbitatem ostenderet.* Tum *quasi quo* nonnullos offendit, quod irreptitium glossema suspicarint: quam ob rem id Ernestius uncis inclusit, Schützius autem et I. V. Cler. penitus deleverunt. Attamen minime alienum videtur.

5 Quinto fratri. *Schütz.* Tum *eique rei mederi,* te cupere. *Ernest.*

6 Scilicet ne rogari quidem a me passus est Caesar pro fratre meo, ac proinde impetrationes nostras contemsit. Id ipsum est quod ep. sup. extr. dixit: *Quinto filio Caesarem omnia tribuisse; nostri nullam mentionem fecisse.*

7 Scilicet Sulla (ep. sup.) et Messala pulsi a militibus, qui se negant usquam ituros ad bellum, nisi praemia sive stipendia a Caesare promissa acceperint. *Ad illum,* scil. ad Caesarem, ut eum de hac re doceant.

8 Obscura locutio; quam sic explanat Manutius: in itinere ab oppido in oppidum, dum in oppidum veniat aliquod, multos dies consumit. Aliter tamen I. F. Gronovius, nimirum conventibus agendis (ep. CCVII, 2), et audiendis legationibus.

9 Immo secus accidit; nam quinque dierum spatio hoc bellum confectum fuit, quam celeritatem Pontico triumpho inter pompae fercula significavit trium verborum prae se ferens titulum *VENI VIDI VICI.* Sveton. in Iul. I, 38; Appian. Bell. civ. II, 91.

10 Legendum videtur *quae,* ut ad *gravitatem;* aut *quod,* ut ad *coeli* referatur. Vetus liber apud Vrsinum *quod m. languorem af.*

11 An Sullae et Messalae ad Caesarem euntibus mandem, ut me apud ipsum excusent, si Romam propius accedo, nec hic Brundisii eum exspecto?

12 Iniuriam amico facere Ciceronem, ait Schönbergerus,

et mallet. *saepe non rogatus fecisti;* plane ut Schützius. At multa huius generis Ciceronem exsilii calamitate perculsum in amicos contulisse vidimus in epistolis ann. DCXCV et DCXCVI datis.

13 Libri plerique vett. non agnoscunt *in*, sed adiecit Manut. ex libro Vbald. aliisque. Sensus est: quantum in perditis rebus prospici potest.

CDXXVIII.

1 Mss. aliqui *tota die tab. vestros:* et *vestros* pro *nostros* est in multis edd. vett.

CDXXIX.

1 Multi codd. et edd. vett. addunt hic et infra *fac* ante *ut sit;* sed hoc e glossa esse, merito suspicati sunt viri docti; quum haec in familiari sermone plerumque omittantur, et facile ac necessario subaudiantur, ut bene monet Victorius.

2 Legunt alii *balneo.* Vtrumque tamen videtur Latinis usitatum: utrum vero hic sit melius sive verius, penes doctos optio.

CDXXX.

1 Quo Trebonius Ciceronis dicta collegerat, de quo pluribus deinde. *Schütz.* Mox Lamb. *h. cepi d.*

2 Caesaris iussu iturus pro praetore in Hispaniam, ut dicitur infra. *Idem.* Cod. Rec. minus recte *tamen disc.*

3 Clodium inimicum meum, eumdem tuum habuisti. *Schönb.*

4 Pisone et Gabinio coss. A. V. C. DCXCIII, quo Cicero lege Clodia in exsilium abiit. *Func.* Scilicet, quum P.

Clodius eodem anno contenderet ut a patriciis ad plebem traduceretur; epp. XXIII et XXIV. Suam autem causam eamdem reip. putabat. Et quidem Metellum Clodii traductioni ad plebem obstitisse, testatur Dio, lib. XXXVII. Idem ex hoc loco dicendum videtur de altero cos. Afranio. Mox codd. Ambb. aliique cum edd. vett. aliquot *consilium partis s.* In quibusdam vero mss. deest alterum *in* ante *publ. causa.*

5 C. Herennio legem de traductione ferenti; epp. citt. *Tuus collega,* C. Caecilius Metellus Creticus, quaestor urbanus. *Schütz.*

6 Pompeianis scilicet in castris proelio Pharsalico. *In reditu,* scilicet nostro in Italiam. Schützius de sententia Ernestii adiecit *in r. fuerit:* sed hoc perfacile subauditur.

7 Sic Lamb. et recentiores pro vulgato *sive sic;* quod tamen defendit Manutius. Tum supra pro *item* libri plures vett. *idem;* mox *te et venust.;* alii *etiam ven.*

8 Nempe quia Trebonius causas et occasiones dictorum Ciceronis facete et venuste narraverat; antequam ad ipsa dicta perveniret. *Schütz.*

9 Ms. quidam *scripta.* Tum *ea,* scil. laudes meas.

10 Amb. 15 *exist. me plus a me, quam a te amari.*

11 Manutius coniiciebat *facturum s.;* idque Lambinus edidit, cui suffragatur cod. Amb. 14. Ernest. malit *factum.* Ego tamen vulgatum sanum puto; scil. satis erit tibi, satis habebis, contentus eris.

12 Hic est Licinius Calvus, C. Licinii Macri a Cicerone praetore iudicio damnati (ep. IX, 2) filius. Videtur Trebonius scripsisse ad Ciceronem, sibi non probari, quod Calvum laudasset. Vid. Manutium. Mox *exituras,* scil. in aliorum notitiam.

13 Weiskius putabat vocem *quod* sic transponendam: *Deinde*

quod ing. — primum ita iudicabam; et ita Schützius edidit: item *maioribus* pro *melioribus*, ex Ernestii coniectura. Alii legunt *pr. ita iudicabam, quod.*

14 Quod est ingenii. Sic Acad. I, c. 9: *Zeno — quum valde subtiliter dissereret, et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam.* Manut. *Genus quoddam,* scil. dicendi. *Idem.*

15 Quo tamen in genere, nempe orationis, valebat, id consequebatur, quod optimum putabat, scilicet exilitatem dicendi. Confer. Brut. c. 82. Sic fere Manut. et Schütz., qui de sententia Ernestii transposuit *lapsus iudicio.* Amb. 15 *quod volebat;* alii vero *quod valebat;* alii *exsequebatur quod v.*

16 Dura et obscura locutio; scil. dum excitatur, quum dicetur autem et acuitur, hoc est impellitur, plurimum valet si laudetur ad cohortandum.

17 Amb. 15 *H. de C. i. meum, quem hortandi c. l. iudiciumque de i. e. v. exist. Reliquum.*

18 Alii, teste Verburgio, *commune d.*

CDXXXI.

1 Sic malo cum Lambino aliisque vett. pro vulgato *his,* sive quia eae literae amplius iam non erant apud Ciceronem, sive quia *iis* et *his* solent in codicibus saepe permutari. Mox pro *a te* idem Lamb. et Pal. 5 *a te ad se*, quod placebat Victorio; nam consuetudo est dicere ad quem literae missae sint. Tum noster 8 *missur.*

2 Nostri praeter duos et Pal. prim. *nullam ut allevatio-nem;* Pal. sex. *alleviationem,* et supra in *sp. venit.*

3 Postquam Brundisii a pr. Non. Novemb. DCCV sederat; ep. CCCXCV. Mox *idest cum libris* uncis inclusit Ernestius, velut nata ex interpretatione; quod tamen aliis

non probavit: nam quum *amicis* proprio sensu sequentia congruant, si metaphorice intelligi voluit Cicero, explicatio necessaria erat; si vero aliorum interpretatio, audax nimis equidem esset. Ernestio tamen favet Stewech, qui legit *rediisse cum v. amicis nostris.*

4 Amb. 15. *Vid. e. mihi me — infidissimis sociis demissum.* Pal. prim. *videbam e. me — demissum;* noster 14 *inf. cum sociis.* Notat vero Pompeianos, apud quos nonnisi capitis periculo loqui poterat.

5 Adieci *me* ex tribus Ambb. 7, 14 et 15, etsi primus a sec. manu. Mss. alii *et rev.*

6 Ita cum Lamb. et Schützio recepimus, quod reperitur in ms. Gu. 1 apud Ernestium, et nostro 6 et Rec., et intelligitur *consuetudine.* Vulgo *in eo,* quod refertur ad *usum,* quia dixerat iam *eorum usum dimiseram*; sed longius distat. Quomodocumque sit, colligitur ex hoc loco, Varronem et Pompeii in Hispania legatum, et Dyrrachii degentem, librorum usum numquam intermisisse.

7 Sic cum Ernestio et Schützio nostri omnes, uno 2 excepto, aliique libri vett. Vulgo *quum p.*

8 Transeuntes vitamus ea quae impendent; *transire* etiam dicuntur ea quae impendent; ut ep. XLVII, *transitum tempestatis exspectare.* Manut. Vnus Amb. aliique *impediant*; in quatt. vero cum Rec. et ed. Med. abest alterum *ea,* quod sane videtur abundare. Pal. Sext. apud Gebhard., et Scaelsianus *laturum,* quae lectiones omnes aeque congruunt, diverso licet sensu.

9 Idest *apud te,* et in tua villa. Habuit enim et M. Varro villam in Cumano, quod ex prooemio Acad. intelligitur. *Victor.* Tῷ *placebit* subaudio *mihi.* Pro *Tusculano — Cumano,* unus Amb. *Tusculanum — Cumanum.* Tum pro *ad te placebit* nostri quatt. aliique *adire te pl.*;

unus *adire pl.*; scil. ut ellipsin expleant. Alii *apud te*; alii *adesse tibi*. Mox Ambb. quatt. aliique *q. minus p.*

10 Scilicet, quocumque loco simus, perficiam ut nostra conversatio utilissima nobis sit. Ernestius utrumque et quod nos edimus cum aliis, et quod ipse dedit, *perficiam ut diiudicetur*, vitiosum putavit. Alii *c. e. videbitur*. In nostris duobus 3 et 7 legitur *ut id quod utr. nostrum commodius esse videbitur, diiudicetur*; quod pariter invenerat Ernestius a 2 manu in suo msto; itaque scribendum putabat *perf. ut quid utr. no. com. esse videatur, diiudicetur*; et accipiebat *esse videatur* e formula iudiciorum (vid. ad ep. LXXXVIII et CXLIX, 5). Tum pro *perficiam* ed. Rom. *proficiscar*.

CDXXXII.

1 Ex proelio Pharsalico multi in Asiam iverunt, aut in Achaia remanserunt, alii in Africam (epp. CD, 1 et CDV, 2); hic tandem, ut Cicero Laeliusque (epp. CD, 1 et CDIX, 1), in Italiam reversus est.

2 Haec est emendatio Lambini, quam receperunt Martyni-Laguna et Schütz. Vulgo *nihilo meliora sunt, nec etiam atque etiam*; alii *et iam etiam m. d.*

3 Ernestius correxit *posses*, et I. V. Clericus recepit, quod sic res et latinitas postulet, nulla vett. librorum auctoritate favente: nimis subtiliter.

4 Nempe finem belli in pugna Pharsalica; non ut multi, qui post illam pugnam bellum in Africa restaurare conati sunt. Huic similis est locus in ep. CDXXIV: *Adduxit utrumque nostrum* (Ciceronis et Cassii) *ad id consilium, ut uno proelio* (Pharsalico) *putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire*. Hic *terminum* alludit utique ad fortunam illius

proelii, quae finem ponebat, vel ponere debebat contentionibus bonorum.

5 Matri Porciae, M. Catonis sorori. Pro *pari* alii *pariter*.

6 Quorum incolumitas in tua sita est. *Manut.* Mss. quidam *qui de te p.*

7 Alii, teste Graevio, *amasti*.

8 *Aequus* est animus quum statum suum tranquillitatis servat, in nullum motum inclinans; *fortis* vero quum affectum vel sensum doloris cohibet, quali nimirum opus est ad ferendum dolorem ex necessariorum privatione. Ideo *fortem* animum *aequo* subnectit.

9 Pal. tert. *vel prodesse parum m. p.*

10 Edd. Iens. et Rom. cum Amb. 15 *minime scr.* Lamb. vero *autem* omisit.

11 Alii *diligentiaque*, fortasse verius, quum consentiat *studio*.

CDXXXIII.

1 Mss. aliqui cum Grut. *epistolas*. Tum Lamb. *e quibus*.

2 Sic Manut. et Lamb. Libri vett. plerique *scierum*; sed hoc, quod recentiores nonnulli restituerunt, Ernestius expresse improbat.

3 Hoc, quod habent edd. vett. cum Amb. 14, praetuli vulgato *accommodavissem*, quod sic et tollitur ταυτοφωνία cum verbo sup. *scissem*.

4 More vetusto pro contracto *tametsi*, ut et alibi, saepius apud comicos.

5 Alii, teste Gebhardo, *te scire op.*

6 Praepositionem necessariam, quam hic habet unus Ambr. 12, licet a manu posteriori, tacite adiecit Schützius post Lamb., quam et Cortius desiderabat.

7 Loquitur de periculo amittendi omnem rem publicam post pugnam Pharsalicam. Vid. epp. superr.

8 Ambb. omnes cum edd. Rom. et Iens. *aut pr.*; Schützius *ac*. Ego vero malim *ut*.

9 Libri aliqui *d. m. autem p. p.*

CDXXXIV.

1 Is est L. Munatius Plancus, ad quem multae sunt epistolae A. V. C. DCCIX, et eius mutuae ad Ciceronem. Perperam in quibusdam vulg. *Cn. Pl.*

2 Vid. epp. DCCLXXXVIII et DCCXCI.

3 Alii *quae sp. habent — tenentur*; alii *habeant — teneantur*; arbitrati male consentire *habeant — tenentur*, ut est in omnibus fere vett. libris. Cod. Rec. vero *quae spem h. magnam*.

4 Msti, teste Verburgio, *per se ipsas*, quod praetulerim. Artem vero eamdem Ciceronis profitebatur L. Plancus, qui erat orator insignis.

5 Exsilium suum et Clodiana tempora significat. Hoc modo locutus est ep. CCXVI.

6 Manutius Bened. et Schütz receperunt *paruit*, quod etsi est in pluribus libris vett., *patuit* potius eum plerisque praefero, ut in ep. CDLXXXV init.

7 Quum initio belli civilis pulsus ab Italia a Caesare in Graeciam transmisit.

8 Cod. Rec. aliique *quam ut ad Capitonem — reverteretur*; alii aliter, quod minus probent eruditi.

9 Subito Pompeii adventu. *Manut.*

10 Pompeii iussu. *Idem. Signaretur*, idest cuderetur.

11 Libri vett. bene multi *d. aut m.*, usitatius certe; sed et alterum eleganter dici ostendit Camerarius, et recipiunt recentiores. Male tum alii *eum aff.* quum sit nonnisi ex antecedenti superflua repetitio.

12 Intellige Pompeii. In Hittorp. aliisque abest praepositio *a*, fortasse melius, quae iam verbo inest.

13 Lambinus *quam potuit.*

14 Pharsalicum. *Corrad.* Tum *A. Plautium* Bithyniae et Ponti propraetorem. Libri vett. aliquot corrupte *Plancium*, vel *Plancum.*

15 Scilicet A. V. C. DCCIII.

16 Ergo decem partes totius hereditatis; nam quum haec in XII partes sive uncias apud Romanos divideretur, patet $\frac{6}{12} + \frac{4}{12} = \frac{10}{12}$. Sextans igitur hic erit pars reliqua hereditatis, sive unciae duae, quae iis obvenire debebant, quorum bona, Caesare victore, sine illius querela publicari poterant: Antistius enim Pompeianus erat. Partem C. Capitoni relictam Cicero conservare conatur, adiutore Planco.

17 Hoc multos offendit, ideoque Lamb. mutavit in *non*, Guilielm. coniiecit *nullus*; Ernest. *nullam*, ut est in aliquibus vett. libris, sc. nullam rem, ut referatur ad seq. *hanc suscipias.* Ego vero sanum puto, quod Cicero saepe solet adhibere pro *non* vel cum nominibus propriis, ut ep. CDXXI, 3: *Philotimus nullus venit.* Tum supra idem Lamb. *nostrae t. v.*; mox infra cum aliquibus mss. omisit *esse* post *putes.*

18 Apud Caesarem, cum quo pugnavit in Africa contra Scipionem et Iubam regem. Ineptum vero est omnino *potuissem* pro *petiissem*, quod habent mss. plures tum Ambb. tum aliorum.

19 Caesar, quem memoria quantum valeret, Cicero noverat. Amb. 14 e correctione *nosti, h. m.*, quod aeque convenire posset seq. *itaque n. t.* etc. Tum supra Lamb. aliique *et dilexit et coluit.*

20 Duo Ambb. et ed. Iens. *submitto;* alii *summitto*, alii corruptius *summito* vel *sumitto.* Mox *ipsum* sc. Caesarem.

21 Quanti Caesarem fecerit Capito, in me ipso sum exper-

tus. Quod enim fuerim moderatior ac temperantior in civili bello, quam quisquam Pompeianus, id auctore Capitone potissimum feci. *Manut.*

22 Manutius confiecit *inimicus.*

23 Ernest. Schütz et I. V. Cler. de sententia Lambini mutaverunt in *fecisse,* arbitrati, superius *velim credas* modum infinitivum requirere, ut mox infra. Nihil necesse; nam sensus iam recte constat, immo melius, quum proxime praecedat aliud *fecisse;* et iccirco amat varietatem modorum, ut bene animadvertit Cortius. Ego contra velim *intellexi,* quod habent alii pro *intellexerim.*

24 Scil. Pompeii. Mss. aliqui *quo fuerim mod.;* alii *quod fui m.*

25 Hoc praetuli cum pluribus vett. pro vulgato *ipsum C.*; nam alterum commode sententiam connectit.

CDXXXV.

1 In Sicilia; id quod ex ep. seq. facile discas.

2 Alii olim *meque prae ceteris.*

3 Videtur Allienus et in Achaia proconsul fuisse, aut quomodocumque Achaeos novisse, ut Democritum inter illos optimum cerneret; quem apparet in Sicilia tum negotia habuisse. Lamb. aliique *verum etiam p.*

CDXXXVI.

1 Hunc suum familiarissimum vocat Cicero in ep. CLXXX. Hoc autem tempore iam periisse videtur ex hac ipsa ep.

2 Libri vett. aliquot *gravissimo.*

CDXXXVII.

1 Manutio et Ernestio ille doctissimus Romanorum est, cui ep. CDXXXI aliaeque inscribuntur: at dubitat recte Cellarius, et negat Schützius, illum demum Bruti iunioris huius quaestorem fieri voluisse. Praeterea eo ingenio et doctrina fuit ut doctissimo Bruto ignotus esse non potuerit, aut cui amicitiae fores primum nunc Tullius aperiret. Alius ergo multo iunior fuisse dicendus est; nempe M. Varro Gibba iuxta eumdem Schützium.

2 Praetor parentis loco quaestori suo esse debebat, more maiorum. Vid. ep. CDXCIV init. *Lallem.*

3 Sic et ep. CDLXXXV. Statim ut virili toga sumta (quod XVII aetatis anno fieri solebat) forum attingere coepit, ut dicitur in ep. DXXII. Vid. ep. CXXXI. Ante *quum* vero, ut sensus constet, subaudiendum est *scito*, vel *sciendum est tibi.*

4 Vt ad virilem aetatem accessit. Sic in Orat. pro Caelio: *Quum is iam se corroboravisset, ac vir inter viros esset;* et ibid.: *Non modo haec aetas, sed etiam corroborata;* idest non modo adolescentes, sed etiam viri. *Manut.*

5 Mss. nonnulli et edd. vett. *auxerunt*, quod Graevius in suam editionem revocavit; quod etsi dici potest, melius tamen alterum: nam benivolentia certe posterior fuit sua causa.

6 Philosophiae. *Corrad.* Eloquentiae. *Manut.* Mox alii, teste Verb., *delectatur.*

7 Idest acri studio.

8 Vt particeps esset publicanorum conductionum. *Graev.*

9 Scilicet equestris, ex quo erant publicani et Cicero. Lamb. ex cod. Memmiano *communio ordinis*, quod placebat Victorio, et cui favet Rec. Equidem *causa* deest in pluribus mss. et edd. vett.

10 Idest, ut Graevius et Ernestius monuerunt, in subselliis iudicum et patronorum; in quibus ut patronus fidem praestitit clientibus, ut iudex optima usus est fama integritatis. *Schütz.* Quod etiam sequentia indicant. Nam *fides* est patroni, *fama* iudicis integri et iusti. *Ernest.* Vide Orat. pro Roscio Am. Aliter tamen Manutius interpretatur, scil. publicis privatisque causis. Vide ipsius Manutii Commentar.

11 Munerum publicorum. An alia gesserit praeter quaesturam, quam tunc exercebat, quaeque primus gradus erat illorum, non constat.

12 Post pugnam Pharsalicam, perdita et desperata causa Pompeianorum. *Ad Caesarem*, in Aegyptum, vel in Asiam, antequam in Italiam reverteretur. Al. *prof. est ad Caes.*

13 Perferendi literas, et ine Caesari reconciliandi. *Corrad.* Mox Lamb. cum aliis edd. vett. *fidem in conf. ac r.*

14 Schütz e coniectura Lamb. Corr. et Ern. edidit *pudentem*, invitis libris omnibus, quod idem sit et in ep. CDLXXXIX extr. Sed quum nemo *pudentem* acciperet, nisi pro *modestum*, superflua sane hic repetitio esset.

15 Lamb. aliaeque vett. edd. cum Rec. *effecisse d.*; minus recte; tunc enim incipiebat coniunctio quaesturae.

16 Scilicet, illud vinculum, illa necessitudo quaesturae infirmior non erit, addita hac mea commendatione.

CDXXXVIII.

1 Rufo, Ciceronis in Cilicia quaestori; ep. CCCLXXIII et CCCII.

2 Scil. maiorem tibi videndi mei, quam mihi tui videndi cupiditatem esse. Nempe Cicero vicissim se cupidum esse videndi Mescinii profitetur.

3 Elegans adseverandi formula, et quasi iurandi per *ita — ut*. Divin. in Verr. c. 15: *Ita Deos mihi velim propitios, ut cum illius diei* etc.; et Catil. IV, 7: *Ita mihi salva rep. vobis frui liceat, ut ego* etc. *Cellar.* Sic correxit iampridem Victorius. Vulgo antea *ita mihi communia, quae o. c.;* et sic habet unus Amb. 15. Alii varie transponunt.

4 Sic primus Manutius ex duobus mstis; vulgo *ut enim quum esset*, quemadmodum omnes msti libri habent, in quo soloecismum fatebatur esse; nam, ut vidit Ernestius, sequi deberet *sic hoc tempore;* nec bene responderet τῷ *tamen*, quod sequitur.

5 Lamb. omnino delevit, eo quod otiose inculcetur e prox. praec.; et sane mihi quoque valde suspectum est, ideoque tantum seclusi, quia id libri omnes habent.

6 Vt M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Ahenobarbus (Caes. Bell. Civ. VI, 21), L. Cornelius Lentulus; praeterea C. Curio tribunicius; qui omnes in bello civili perierunt. *Alii absint*, ut P. Scipio, Pompeii socer, M. Marcellus; qui post Pharsalicam pugnam in exsilium abierunt. Item M. Cato praetorius, M. Brutus, Serv. Sulpicius, qui pariter aberant. *Alii mutati* voluntate, scil. alienati a Cicerone post Caesaris victoriam. Itaque Mescinium ex paucis reliquis amicis esse ait, quibuscum libenter consuescat.

7 Caesarianorum. *Corrad.*

8 Schützius *Nolim e. te exist.;* cui propius accedit Ambr. 13. *Nolim e. exist. te non solit. mihi iucund.;* quae postrema et alii multi sic itidem transponunt.

9 Sic Ambb. fere omnes et plures alii libri msti et excusi vett., et sic est forma consueta; atque ideo restitui *ad*, ut ep. CLXVI, 1. Vulgo *aut summum.*

10 Ms. prim. Graevii *explicare;* alii *quemadm. facillime tu potes exist.;* quod Schützius recepit.

11 Pompeium significat temporibus Clodianis; ad epist. CCCXXVI, 2.

12 Optimates; ut ep. XLII et saepe alias. Ed. Rom. *homines boni.* Tum Amb. 15 *beatus essem.* Mox Lamb. *ego sum is.*

13 Caesariana. *Corrad.*

14 Ad defendendam cum Pompeio remp. *Effeceram*, in consulatu; ep. XCII. *Manut.*

15 Etsi minus honesta. *Graev.* Ambr. 15 *quavis iusta;* alii multi corrupte *quamvis tota*, vel *tanta c.*

16 Sic tres Ambb. 3, 7 et 15 cum Rec. aliisque. Vulgo *sed et haec.*

17 Exitus belli inter Caesarem et Pompeianos in Africa; epp. CDV, 2, CDVIII, 2 et CDX init.

18 Si vera est lectio, pendet hoc a *puto — interesse.* Edd. vett. tamen *non l. abesse velim a c. a.*; quod Lamb. defendit; et sane commodiorem sensum exhibet.

19 Hoc temere ex antecedentibus repetitum iudicavit Martyni-Laguna, ideoque correxit *deducta.* Sed quum necessarium sit, nil repugnat quominus iteretur, ut saepe aliae voces. Lamb. *Est e. res ipsa.*

20 Pompeii causam probabat Cicero, sed ab utriusque partis victoria timebat, quod Pompeianos post Pharsalicum proelium deseruisset (ep. CCCXCVIII), et quod moderatione Caesaris non satis fidebat.

21 Vrbe carebat Mescinius, hac illi, ut opinor, a Caesare poena imposita, quia Pompeium initio belli secutus esset. *Iniuriam* igitur, quod urbe immerito careret. *Manut.* Supra Lamb. *ex quibus int.*

22 Vulgo *et in libera*; sed *in* melius abest a mss. Ernestii et Amb. 13 aliisq. Pal. sec. *quia in vita ingenua et in beata c. v.*

23 Schützius, praeeunte Martyni-Laguna, *illam secundam,*

ut ad *fortunam* relatio fiat; quos quidem libenter sequerer si auctoritas suppeteret. Mox Lamb. aliique vett. *sed etiam funditus e. v.*

24 Ita correxit Martyni-Lag. vulgatum *debeamus:* sed mallem *debemus*. Mox Lamb. loco seq. eiusdem vocis dedit *audeamus*.

25 Rerum mortalium. *Graev.*

26 Sic edere malo cum Lamb. quam vulgatum *qua*, quod ortum puto a mss. corrupte legentibus *pr. culp. ac poenam, quae s. c.:* nam relativa et adiectiva semper consentiunt cum postremo plurium antecedentium, aut pluralem numerum assumunt, ut nimirum est in Amb. 7 pr. *culp. ac. pec. quibus s. c.*

27 Eadem sententia iisdem verbis expressa occurrit Off. I.

CDXXXIX.

1 Ernest. Schütz et Ios. V. Cler. tacite dederunt *quod*, ut magis Ciceroni usitatum in huiusmodi forma. Sed quamquam et ego fateor, id melius esse, tutius tamen censeo vulgatum retinere, ad quod defendendum facit init. ep. CDXXXII, ubi ter idem occurrit: nec *quid pollicerer, nec quid — reperiebam.* Non receperim vero *haberem* post *etsi*, ut est in libris quibusd. vett.

2 E correctione Victorii; nam mss. plurimi *amico* habent, quod recepit Lamb. Al. *Attico.*

3 Honestum sit; deceat. Vid. ep. seq. 3 extr.

4 In ista loca amoeniora venire, quo Varronem (epist. CDXXXI) invitaverat, nempe Baias (ep. seq. 3), hoc tanto civitatis et reip. incendio. Significat autem Pompeianorum in Africa casum (ibid. 1), cuius rei rumor iam allatus videtur.

5 Occasionem de nobis loquendi. *Min. Ell.* Mox edd. vett.

aliquot *quo in loco sumus*; tres Ambb. cum Rec. *quocumque in loco.*

6 Supple, *inquies.* Deinde *tamen in s. i.* modus loquendi, ut Phil. VII: *quid refert? tamen opinio est gravior.* Libri vett. aliquot *incidimus.*

7 Ironice. Proprie autem: spernendus est hominum sermo, praecipue eorum qui et honestum otium vituperantes in flagitiis volutantur. Et *laborare quid* rectissime dicitur pro *in quo.* Par. 2: *Quid enim ego laboravi, aut quid egi?* ep. CCLXXXVIII: *nihil laboro*; et ep. DXXXVII: *non tam id laboro.* Cod. Ambr. 14 *l. esse.*

8 Idest otium, quod nos soli communiter consumimus colloquendo et disputando, non cum aliis per epulas et similia. *Ernest.*

9 Indoctorum. *Te persequar,* idest te conveniam, te sequar. Nostri plures cum Rec. *persequar te*; in tribus vero *te* abest, ut in ed. Rom.; alii *persequerer.*

10 Scilicet quae impendent, puta incendium civitatis, quod supra innuit. Ambb. aliquot cum Rec. *sint haec.* Ed. Scinz. *Quamquam.*

11 Supple, nisi in artibus nostris.

12 Reipublicae oppressio, calamitas. Mox Lamb. maluit *ut medicina e.*

13 Vid. ep. CXLIV, 4.

14 Sic nostri omnes cum Lamb. Oliveto aliisque. Vulgo *ut rescriberes,* quod locutionem aliquanto abruptam efficit, quodque tamen reciperem si mox esset *meque exsp.* Porro *nihil scilicet,* idest, nulla de causa haec tibi dico, nisi ut etc.

1 Schützius tacite *Caninius tuus et idem noster*; quod habent edd. vett. aliquae, et quidem melius. Alii *Can. tuus idem, et idem noster.* Victor. e mss. aliquot *Can. idem et idem noster.*

2 Scilicet admodum sero: insolens vocabulum; sed tamen retinendum cum Victorio. Nam quod habent tres nostri aliique *nuper vesperi*, esse non potest: nam hanc epistolam Cicero scripsit aliquot diebus postquam Caninius vesperi venerat. Scaels. *heri vesperi.*

3 Sic duo Ambb. cum Pal. sext. et edd. pr. Vulgo abest *literarum.* Nec moror, et in ep. sup. init. scriptum esse *non potui nihil dare*; nam ibi antecedit *scriberem.* Sed hic necessarium videtur, ut in ep. DXI, quia ibi *scriberem* subsequitur. Schützius aliique secus interpungendo legunt *daturum aliquid; mane ut peteret r.*; sed coniunctio *et*, quam habent vett. plerique, litem dirimit. Mihi vero hic *mane* videtur abundare, quum idem proxime praecedat.

4 *Tibi* ornatus gratia, et pleonastice dictum, ut ait Manutius, additur, ut est in epp. CCCLXXXII, 4, CCCLV init., CCII, 1 et alibi. Abest tamen a nostris aliisque: tres vero corrupte *at ibi*; Pal. sext. *at ubi.*

5 Insolenter dictum. Amb. 14 cum Lamb. *proficisci se a.* Vel legendum *profecturum se.*

6 Victoria scilicet Caesaris apud Thapsum in Africa de Pompeianis (Caes. Bell. Afr. 83-5). Aliqui *tot et tantis p. r.*

7 Sic Verburg. e coniectura Graevii, et recentiores praeter Olivetum. Nostri duo aliique corrupte *sed cum eo, et cum h. d.*; alii *sed et cum eo* etc. Vett. plerique *sed cum*

eo et homine docto. Mox *tui* abest a nostris omnibus; additum a 2 m. cod. 14.

8 Duo nostri cum Rec. et ed. Med. *tibi autem mehercule idem.*

9 Alii *possumus*; quod mss. alterutrum habent.

10 Sic mss. et edd. vett. pleraeque, et ex recentioribus Oliv., ut sensus requirit. Ceteri pariter ex mss. paullo absone *victos nostros*; aliqui *victos nos m. f.*

11 Ironice dictum cum familiari ioco putat Schönbergerus, quin tamen mihi probet.

12 Scil. quis est tam prudens, qui in tanta rerum perturbatione non erret interdum? Metaphorice a lyncibus qui acerrimo oculorum sensu valent. Lamb. aliique *Quamvis quis est, qui in tantis* etc. Vnus Amb. *quis enim.* Tum supra idem Lamb. omisit *omnino.*

13 *Quae agerentur — dicerentur* corrigi volebat Ernestius. Nam haec tum audiebat et videbat. Cod. aliqui initio sententiae. *At mihi q.*

14 Ipse falsa hac suspicione me morabar, impedimentum mihi obiiciebam. *Graev.* Sic *calumnia timoris* epist. CDLXXVIII, 3, not. 24. Ambr. 14 a 2 manu *calumniabar ipse me*, ut volebat Lambinus; 15 *quem putabam.* Mox *susp. aut dict.*, prout ei libuisset, prout desideraret.

15 Iam longa malorum patientia didici omnia ferre, omnes indignitates concoquere. Vid. ad ep. CXLIX, 6. Eadem locutio metaphorica occurrit Tusc. II, 15; III, 22, diversis verbis, sed eadem sententia.

16 Quamdiu durat, vel donec paullo refrigescat, remissior fiat haec exsultatio et clamor Caesarianorum de parta victoria. Hoc ipso sensu correxit Manutius *defervescit*, atque iterum ex hoc Lamb. et Ernest. *defervescat*, quum sequatur dum *audiamus*; putantes *dum effervescit* explanari non posse: dum fervet, dum ebullit; nam *efferve-*

scere significat *incipere fervere*. Nimis subtiliter. Ego lectionem librorum ferrè omnium vett. mutandi necessitatem nullam video. Palat. prim. *dum haec fervescit gr.*

17 Indicia mihi sunt, quorsum res evasura sit. Libri vett. aliquot *et quamquam*.

18 Nisi rumor de victoria Caesariana iam coeperit imminui, evanescere, sive, ut Tacitus loquitur, senescere. *Graev.*

19 Nam nunc si iverimus ad Baias, quo tempore fervet gratulatio, videbimur ivisse natatutm laetitiae causa, potius quam plorandi: contra vero si exspectabimus, id erit honestius. *Etiam quum hinc discesserimus*, quasi diceret honestissimum immo esse si mansisset in urbe.

20 Supple *videbis*, vel quid simile. Mox *nobis stet illud*, idest nunc haec sit nostra sententia.

21 Hoc est tantummodo petebamus, ut ep. DXIV sub. fin.; sed frequentius hac forma: *non modo — sed etiam.* Olim vulgo *antea delectationem, modo solatium petebamus*; Amb. 15 cum ed. Iens. *ante delectationem non solatium p.*

22 Non deficere, paratos nos esse, si quis opera nostra uti volet, sive ut principes, sive ut ministros, ad restituendam remp. Graevius e mss. *ad aedificandum*, et defendit contra vulgatum. Eum sequitur Schützius. Quod dici posse, non inficior; sed alterum melius et usitatius. Mox Amb. 15 *ei potius*. Sensus vero est: non modo paratos esse si vocati fuerimus, verum etiam sponte accurrere.

23 Efficere aliquid reip. utile. Sic ep. CCLXI, 2: *nostram in te benivolentiam navare possemus*. Itaque minus recte facere mihi videntur, qui corrigunt *navare reip.*, *navare operam reip.*, *gubernare remp.*, *et iuvare remp.*, ut cod. Maffei.

CDXLI.

1 Ad constitutum locum et tempus. *Graev.* Atticus, antequam Cicero Roma exiret, iam constituisse cum eo videtur quo die et quo loco extra urbem cum Cicerone e villis redeunte conveniret. *Schönb.* Qui dies sit, constat, non autem qui locus; sed ex iis quae sequuntur licet coniicere villam fuisse aliquam Q. fratris. Supra mss. aliqui cum Lamb. *ubi.*

2 Pervenuste ab avium garritu ad puellarem Atticae sermonem translatum. *Garriat* autem, scil. tecum Romae, cui opponitur *scribat* si rusticatur.

3 Scil. *scribes* si rusticatur, idest, si in rure, in villa degit; *nuntiabis* si apud te est. Ernestius e libro Germanico *scribe* — *nuntia*.

4 E sequenti *γεροντικώτερον est* etc. satis apparet subaudiri, quod Atticus antea scripserit, nempe *γερόντικον est*; nimirum eum vellicasse Ciceronem, quod igne matutino eo tempore delectaretur vel opus haberet; aiens id *γερόντικον*, idest senile, proprium senibus esse; quod revera quidem Celsus iisdem praescribit, l. II, c. 1. Igitur Cicero eidem iocose obiicit, *γεροντικώτερον*, idest senilius, magis proprium senis esse memoria labi. Nam Atticus dies oblitus fuerat ad congressum constitutos vel ad aliud quidpiam. Sed ob perturbatam anni rationem (epist. CDLXXV, not. 5) si ad veritatem anni solaris exigatur, idest ad VII Kal. April., erit dies XXV Martii, non Maii, quo data haec epistola erat, eoque minus erit mirandum, Ciceronem igne matutino uti.

5 Obscura haec et abrupta. Alii explicant, dies istos constituisse Axio, Attico et Q. fratri. Ernestius vero Manutium reprehendit quod *II Kal.* dederit pro *V Kal.*,

nam hoc die superius dixit Cicero, se venturum ad constitutum. Equidem libri vett. utrumque confirmant: sed quid vero sibi vult *III* (*Kal.*)?

6 Idest erit tibi haec iocosa cavillatio pro ista tua. *Schütz.* Vel hoc tenebis pro huius epistolae materia sive argumento, obiecto; nam nihil aliud est novi.

7 Supple venit. Responsio Tullii ad interpellationem Attici, quam ille ex huius persona fingit: *Quid igitur* etc.

8 Scilicet, est profecto aliquod operae pretium ipsa λέσχη, idest confabulatio, quae etc. *Malasp.* Alii *quaedam* λέσχη.

CDXLII.

1 Haec epistola olim a multis coniungebatur cum anteced., fortasse ob coniunctionem *tamen.* Etsi sciam hoc modo exorsum Ciceronem ep. CDLIV: *Tamen a malitia non discedis*; nihilominus quia Aldus, Lamb. et Silberus legunt *Hic rumor est, T. Marcum*, mallem scribere *Hic rumor est, Murcum. T.* autem credo temere repetitum ex ultima litera τῦ *est.* Si autem vera est lectio *tamen*, Cicero utitur hac adversativa particula, quemadmodum acute Bosius animadvertit, ut Atticum falli doceat, dum scriberet, se putare, nihil novi Romam allatum esse, ex quo inde discessisset: contra enim ait novos rumores spargi.

2 L. Statium Murcum Caesaris legatum. Is falso dicebatur naufragio periisse. Nam A. V. C. DCCVIII praetor fuit, et an. DCCIX ex praetura Syriam cum proconsulari imperio obtinuit; ep. DCCXCVII. *Schütz.*

3 C. Asinium Pollionem, Caesarianum. Vid. ad epist. DCCXCVIII. Is pariter falso dicitur incidisse in manus Pompeianorum.

4 Quam per haec tempora Pompeiani tenebant. Codd. ali-

quot vett. teste Victorio *L. navis delata in V.*; ideoque is putabat significari navem L. Scipionis Cnaei Pompeii soceri, quae illuc adverso vento adpulsa in hostium manus devenit.

5 Cn. Pompeium alterum Pompeii Magni filium. Post bellum Pharsalicum Hispaniam contendit, inde Africam ad Scipionem.

6 Alii *Patiaecus* vel *Patietus*. Mox pro *nullius* alii *nullus*. Infra vero *locuti sumus*.

7 A. Hirt. Pansa. Si ergo ludis Praenestinis interfuit, iam in Africa non fuit, et res Africanas ex aliorum fide narravit. *Et isti omnes*, scil. Caesariani.

8 Hoc est pugnatum in Africa (ep. CDV, 2), et Pompeiani ad internecionem deleti.

9 Quid enim curae Balbo est de republica? qui certe vitam agit iucundam dum non recta, sed voluptaria quaerit. Alii *mox si quaeris hominem h. n. r.* etc.

10 Corrado videtur ex Attici persona loqui, quasi Ciceroni obiiciat: Tu qui Balbum accusas, interea nihil agis. Explicandum igitur tibi etc. Alii interpp. hunc locum de Epicuri doctrina intelligunt, quasi Cicero dicat, Attico iam explicandam esse quaestionem, summumne bonum in virtute, an in voluptate ponendum sit. Cui tamen interpretationi parum conveniunt ista: *si quid acturus es.*

11 Si vera est lectio, videtur significare Ciceronis de Attico iudicium, nempe quod amaret voluptatibus et commodis frui. Vetus liber, teste Manutio, *futurum.*

12 Diem scilicet, quo suum librum nobis det legendum, ut ep. CDLIII. De Tyrannione vid. ep. XXXIII.

CDXLIII.

1 Quum Cicero ad Varronem virum eruditissimum scribat, illam tangit quaestionem obscuram, quam περὶ δυνάτων (de possibilibus) appellant, de qua magna erat inter philosophos contentio, praecipue inter Diodorum Dialecticum et Chrysippum Stoicum. Quam autem varie haec illi acciperent, ostendit Cicero in libro de Fato 7: *At hoc, Chrysippe* etc. *Victor*. Ceterum haec epistola in codd. nostris 12 et 13 et aliorum quibusdam coniungitur cum CDXXXIX.

2 Nostrorum plures cum ed. Med. *si autem non est* τῶν ἀδυνάτων *te venire*; alii *sin autem non*, τῶν ἀδ. *te v.*; alii *te venturum*.

3 Iudicium secundum Chrysippi sententiam. Nostri omnes aliique msti et edd. vett. χρυσιππεία *haec*, vel *chrysippias haec* etc.

4 Stoicus eruditissimus in domo Ciceronis, de quo ep. DLV. Ideo eum *nostrum* appellat. Nostri omnes, praeter unum 7, cum Lamb. et Gotof. *Diodorus*; sed male. Diodorus ex allatis cum Chrysippo sentiebat. Porro *non concoquebat*, idest non digerebat, non probabat. Translatio a cibis, ait Manutius, quorum alii reiiciuntur a stomacho non concoquente, alii, concoctione facta in succum et sanguinem convertuntur.

5 Nostri omnes aliique libri scripti et excusi vett. κατὰ Χρύσιππον ἀδύνατον; alii *hoc etiam est* κατὰ Χρυς.

6 Corradus coniiciebat legendum *Cocceio* (ep. DXXIX). Libri vett. nostri aliique *Costro*, *Costio*, *Cestio*, *Cassio* et *Cretio*. In tanta varietate incertum est et ignotum nomen.

7 Amb. 7 *mandatum.* Mox alii olim *Tu si m. ad nos, nos acc. ad te.*

8 *Hortos* aliquando dictas fuisse ipsas villas, vide ad ep. DLXVII, 3; quod hic non quadrat, nisi verba invertas *bibliothecam in horto habes.* Sunt et horti Adonidis, sive horti, hoc est flores et plantae in vasis fictilibus coctis, sive testis, de quibus Gothofridus Olearius ad Philostratum de vita Apollonii Tyanensis VII, 32. Hi circumferri poterant collocarique in templis, porticibus, bibliothecis etc. An de his accipiendus locus? affirmat Manutius, sed rectius negat Olivetus, quod tales delicias contemneret Cicero, ut ceteri philosophi, ambulationibus tantum delectatus. Itaque Ciceronem arbitror hoc velle (verba sunt Oliveti), non egressurum se ex Varronis bibliotheca, nisi ut in horto corpus ambulando exerceat; itaque non egressurum omnino, si in bibliotheca sit hortus. Scripsit facete suo modo Cicero; neque intelligi voluit grammatice. Mox libri vett. nonnulli *nihil deerit. Vale*; Amb. 14 vero *Nil mihi deerit.*

CDXLIV.

1 Supple blandus, blandiens, serviens sensibus. Lamb. aliique *aut si uterq.*

2 Alii *certe*, vel *certe alioqui.*

3 Sic Plato in Epitaph.: οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρον νήσοις οἰκεῖν; et Pind. in Olymp. od. 2: μακάρον νήσων ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσιν. Plin. l. VI, c. 32. *Corrad.* Ab earum insularum salubritate *beatorum insulae* dicebantur Latinis *Fortunatae*, nunc *Canarie.*

4 Ita recte Vrsinus et Var. mstae Ald. *Vulgo totos dies. Schütz.*

5 Feratur hoc triduum patienter a me, ut tu eodem κα-

θει, hoc est animi motu, sive desiderio mei moveare. Vid. ep. CXLI.

6 Post auctionem, de qua infra. Sic *de prandio* apud Plautum, quod tamen insolentius. Mox alii *et quo die*, vel *aut quo die*, vel *ecquo dieve.*

7 Historici, de quo idem Cicero de Leg. I, 2. Lamb. aliique *At moleste f.*

8 Supple *scribam.*

9 Idest pecuniam creditam, quam Caesaris beneficio recuperaturus sum a debitore, tribus modis consequi possum, sed incertis, quos mox enumerat. Ed. Herv. *me nihil de re movet aliud. Quid Caesar? treis* etc.; alii vett. aliter et absurdius legunt.

10 Turpe enim erat, homini praesertim Pompeiano, ut Cicero erat, proscripti illius Pompeiani bona emere publice ab hasta, idest auctione. Olim vulgo *pr. ipsam turp.* Loco τȣ *praeter* I. Fr. Gronovius coniecit *propter*, et recepit Schützius: audacter; nam sententia satis perspicua est, nempe: praeter istam turpitudinem, fieri etiam poterat, si Caesar periret, ut proscripti vel eorum filii bona publicata recuperarent, atque ideo Cicero perderet.

11 Secundus modus recuperandi; hoc est, transferendo solutionem pecuniae mihi debitae in mancipem, hoc est in emptorem bonorum, ut is intra annum mihi solvat. Libri vett. aliquot *delegatione in manc.*; item supra emtione, ac infra *conditione*; sed vulgatum melius, quippe casu consentiens τῷ *conditiones* et *emtionem.*

12 Scilicet, quando debitor solvet? Quia is Meto quidam erat (ep. DLXXXII), salse ludit Cicero in nomine, et diem solutionis *annum Metonis* appellat, alludens ad Metonis Atheniensis mathematici cyclum, qui constabat annis XIX, quique ideo dicebatur annus Metonis per proverbium, pro longo tempore. Pro *iste* alii *ipse* vel *ipsi*

13 Tertius modus: aut contentus semisse, hoc est dimidia summae parte; quemadmodum fuit conditio Vecteni, qui pecuniae sibi debitae dimidium perdidit. Libri vett. nonnulli *semissem*, quod eodem redit.

14 Vereor, ne, quia ludi Praeneste fiunt, iste (fortasse Caesar) auctionem praetermittat, sed post ludos Κτύπῳ auxilio accurrat, ne talis vir deseratur. Obscurus locus, et incertus ob variam vocis Κτύπῳ lectionem. Muretus coniiciebat et Lamb. edidit *Olympo*, qui erat actor scoenicus. Alii ex mss. *faciat*, *et sedulo factis Clypo*, vel *Clypso*, vel *Calypso subsidio* vel *Suffidio c.* Popma vero ἀτύπῳ, et intelligit Balbum; nam balbi sunt ἄτυποι. Fortasse nomen erat Caesariani alicuius, quem Caesar derelinquere nollet.

15 Sed curandum est. Alii ne talis vir αλογίστως μελήσει. Alii vero addunt *Tu Atticam, quaeso, cura, et ei salutem et Piliae, Tulliae quoque verbis plurimam.*

CDXLV.

1 Quo scilicet feriaretur, et otiando rusticaretur.

2 Alii ἐμβριθέστερον; Ball. ἐμφριθέστερον. Sententia est: reddita mihi est laetitia, nam anxius eram ob Tironis nuncium, te rubentiorem factum, nempe inflammatum a febri. Ideo subiungit se addere velle unum diem ad id tempus, scil. quod ibi manere constituerat.

3 Idest quaestio valde difficilis et obscura. Atticus volebat Ciceronem de Catone scribere. *Ernest.* Cicero vero metuebat offensionem Caesarianorum. Revera tamen postea librum de laudibus Catonis edidit, quem inscripsit *Cato.*

4 Schützius de sententia Ernestii hoc delevit; certe imprudenter, ut animadvertit I. V. Clericus; nam *sententiam dicere* trita est locutio, ut ep. LXXXVII, 2: *accurate*

sententiam dixi, quum abessent consulares, quod tuto se negare possent, sententiam dicere. Bosius et Grut. *seriis eius dictis*; haud male.

5 Vict. Lamb. aliique minus recte *ψευδωςque—ipsum tamen his*, vel *iis odiosum ἄκυσμα sit.*

6 Docti viri putant, *Aledium* vocari Caesarem ficto nomine ab ἀλέω, quasi vitandum, fugiendum, non offendendum. Ego arbitror esse nomen amici vel familiaris Caesaris, et item Attici, qui etiam nominatur epp. DCXLI, DXLII et DXLV. *Popma.* Balbum maiorem dici putat Tunstallus, ut ex *arredio*, qui non διαῤῥήδην loquitur, balbutiendo sit *Alledius*, ut pro *Hirro Hillius* (ep. CCXXVI, 1). Lipsius ad Tacitum (an. 1, 10) legi vult *Atedius.* Schütz.

CDXLVI.

1 Ex bello Africano (ep. CDXXXVIII). Etsi recentiores e quibusdam codd. addant *scilicet*, recte tamen Victor. Manut. Lamb. aliique vocem istam cum *Caesaris* ireptitiam censuerunt, ideoque utramque deleverunt. Nos vero illam expunximus ut omnino supervacuam, et *Caesaris* tantum servamus, etsi suspicione non vacat: nam, ut bene monet Victor., sic ad Atticum saepe scribit, quippe qui optime nosset de quo loquebatur. *Caesar* habent omnes Ambb.; *scilicet* nullus agnoscit.

2 Fortasse ipsius Caesaris villam prope Alsium in ora maris Tyrreni. Mss. quidam *futurum.*

3 Quum ibi essent multorum villae ob regionis amoenitatem. *Manut.* Plures Ambb. cum Rec. et edd. pr. inepte *ne id f. in exspectatione esse adventum multos.*

4 Sic Victorius primus correxit ex antiquis codd. Vulgo quondam *in Pomptinum*; cui suffragantur tres nostri. Lamb. dedit prius *Ostiense,* postea fere vulgatum reti-

nuit *in Pomptino*. Alii codd. et edd. vett. corrupte *optime* vel *oppido* legunt.

5 De navi egredere; ep. CCLXXXII, 1.

6 Hoc est in Alsiense et Ostiae: et sane quum incertum esset, quid facturus esset Caesar, oportebat Varronem his duobus locis hospitium parare. Lectio haec auctoritate mstorum confirmatur. Schützius dedit *ut utrobique*; sed *ut* non legitur in mss., et tuto abesse potest. Vulgo *ubi utrique*, nempe Varroni et Tullio. Alii vett. corrupte *utor* vel *utar ubique*; Lamb. *utrubi*; alii *ut ubique*, vel aliter.

7 Caesar. Mox olim in plerisque *sit* aberat.

8 Hirtio, scilicet, Balbo et Oppio, Caesarianis. Aliqui omittunt *tibi*, fortasse rectius.

9 Significat, se posse quidem tuto scire consilia istorum, non autem probare. Aliud est enim ferre quod ferendum est, quum necessitas cogit; aliud probare quod non est probandum.

10 Initia rerum quae non probabat in Caesare, illa, ut opinor, fuerunt: quod Consul Caesar leges multas contra auspicia tulerat (epp. XLV, XLVI); quod a populo provinciam invito senatu acceperat; quod absens consulatum petere voluerat; epp. CCXCIV, 2, CCXCVIII, 4. *Manut.* Vetus liber apud eumdem *quid iam nescio?* ex quo coniiciebat, commode legi posse *etsi quid non probem quidem iam nescio.* Lamb. *Quid non pr. equidem* (Oliv. *quidem*) *nescio*; et Gulielm. ex coni. *ne quid non probem quidem scio.*

11 Quae, ut ita dicam, nostra in manu fuit permittere, vel prohibere. Quae autem his initiis rerum permissis secuta sunt, cogimur probare. Nam qui principiis non obstat, sero medicinam parat.

12 In Hispaniam legatus; ep. DLIII. *Corrad.*

13 Pompeianos: *cupere bellum*, quia nihil Caesari concedebant, ex quo res inter utrosque componi possent.

14 Caesarem. Cod. Amb. 15 *nunc a. n. t. c. quam timere.*

15 Subaudi *vidi* ex super. Sic nostri omnes, uno excepto, aliique optimi; alii *n. est*, quod inter recentiores Schütz. et Oliv. receperunt.

16 Nostri aliquot aliique mss. *viderimus*. Mox pro *quam* lego *quum illud* propter seq. *tum vero*; et ita edidit Lambinus. Nostri omnes porro, praeter duos, *alterutrius*; conf. epp. CCLXXVI, 12 et CCXXIII, 5.

17 Lamb. *ex ducum interitu.* Codd. aliqui et nostri duo ex emend. *interitum*. Cur vero *ducum* et non *ducis*, singulari numero, ut *exercitus?* Nimirum aut Pompeii aut Caesaris.

18 Id ipsum recurrit in ep. CDLXVIII a med.

19 Pompeianos significat.

20 Vid. epp. CDLII, CDLVIII et DXVI, 1. *Graev.* Amb. unus cum ed. Iens. *et sic min.*

21 De pace. Ep. CDLII: *Quae quum vidissem, desperans victoriam, primum coepi suadere pacem, cuius semper auctor fui. Nunc vero,* sc. in hoc bello Africano. *Corrad.*

22 Quum nempe uno proelio Pharsalico finem civili bello fecerimus, atque ab armis discesserimus, ut est in epp. CDXXXII et CDXXIV. *Quod non — illis cens.*, idest *cum il.* Sic Lucretius, l. III, v. 1052:

Eadem aliis sopitu' quiete est.

Sententia est: quod non idem quod illi sentiremus, praecipue Dyrrachii, quando me ducem eligere voluerunt.

23 Elephantorum Iubae, Pompeianorum in Africa socii, quos in aciem contra Caesarem duxit.

24 Vnus Amb. 13 cum Lamb. *vel mori*; ceteri cum aliis *velle mori*, ut erat ante Victorium.

25 Gulielm. coniiciebat *vitae casus*. Cod. Rec. cum ed. Med. *omnis v. c.*

26 Nostri omnes aliique *duxerim, quod his*; in qua lectione sensus probe constat, si pro apodosi iungatur *equidem* etc. quod infra sequitur. Cod. vero 7 infra πραγματεύει, *et ut ea consideres.*

27 Caesarianorum. *Actis* Gulielmus exponit *litorali secessui*, quod Caesar erat futurus in litore. Nam *actae* sunt amoena litora. Servius ad Aen. V, 3:

At procul in sola secretae Troades acta.

Probavit et Graevius. Amb. 15 *et actis et voluntatibus.*

28 Quos scilicet in Tusculano tuo egisti inter libros. Mox mss. quidam *i. e. victoriae*, haud inepte, ut notat I. V. Clericus.

29 Expressimus edd. Manutii et Lambini probante Graevio et Ernestio. Mss. nostri aliique et edd. vett. *vacationem*; cod. Rec. *iactationem habent eamdem* vel *eamdemque*. Verburg. *vacationem habent quamdam.*

30 In bonam partem, ita tamen ut plus sit quam *utamur*. Sic pro Mil. 2: *Quamquam in hac causa T. Annii tribunatu, rebusque omnibus pro salute reip. gestis ad huius defensionem non abutemur.* I. F. Gronov.

31 Sic vetust. edd. teste Graevio et Lambino. Plures alii libri vett. *quae tua audiero*, vel *quaeve tua a.* Vulgo *quaeve audiero*; Amb. 12 ex emend. in marg. *quaeve futura esse a.*

CDXLVII.

1 Et Seio et mihi. *Min.-Ell.* Msti quidam *apud Sevium*; unde Gulielm. coniiciebat *Servium.*

2 Vt eamus obviam Caesari. *Manut.*

3 Idest, nam quod antea praetextum quaesivi (ep. CDXL, 2), et causas simulavi, quae me Romae detinerent, teque simul, ut iter illud differres, permovere studui, id astutia quadam feci. *Schütz.* Edd. vett., Lamb. et Ambb. aliquot aliique *antea te* vel *a te calumniatus sum.* Sed *te* cum Manutio recte delevit Graevius cum posterioribus. Esset potius scribendum *me*; non enim Varronem calumniatus erat Cicero, sed *se ipsum*, ut in ep. cit.

4 Expressimus correctionem Manutii aptissimam: mstorum enim plerique habent *Vol. prope alicubi esset.* Etsi et ipsi Manutio non displicebat legi *esses. Prope—esse te,* scil. adesses mihi, quomodo locutus est Terent. Adelph. III, 5, 7:

Vtinam hic prope adesset alicubi.

Vulgo *esse si quid.*

5 Supple *nunciaretur*, scil. de Pompeianorum victoria.

6 Ex Iliad. X, 225. Sic ep. CCCXLVII, 4. Noster 7 ἅμα τε δύο etc.

7 Sic nostrorum multi cum Lamb. Rom. Iens. Alii *quoniam confecta*; vulgo *quum conf. sunt.* Confer. epist. CLXXXI.

8 Subaudi *agendum sit.* Translatio a militari certamine, quo contenditur equis virisque. Livius VII: *Quicumque ibant equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinente loci.* Hinc ipse Cicero Off. III: *Cum is viris equisque, ut dicitur.* Manutiani libri *equis velis*; quod Lambinus recepit. Ante Victor. ex pluribus mss. *aequis viris*; quod nihili est. Significat igitur Cicero, sibi esse curandum omni modo, ut Caesari obviam eat.

9 Cui proquaestori in Africa, Catone interfecto, Caesar vitam concessit; quamvis non ita multo post illum clam interficiendum curavit. *Cornad.* Mss. nonnulli *L. Caesaris F.* Τῷ *mecum ipse* supple *aiebam.*

10 Si Caesarem interfecit, quid mihi faciet? Addidit *patri*, quod est in Terentii Andria (Act. I, sc. I, v. 85), ex qua dictum hausit.

11 Caesarianos. Tum codd. nonnulli *non desisto*.

12 Subaudi *sint* vel *faciamus*, quod mss. et edd. vett. aliquot addunt, quodque Lambinus recepit. Nobis, ut iam Ernestio, melius placet omitti, quum sit non insolens ellipsis.

13 Ennii versiculus ex Annalibus, alibi quoque laudatus, de Orat. III, 42. *Schütz*.

14 Caesar venturus sit ex Africa in Italiam, et inde profecturus. Vid. ep. sup. init.

15 Quod dicunt eum per Baias venturum. *Ernest.*

16 Per eam utique venisse narrat Hirtius, Bell. Afr. 98.

17 Per iocum Sardiniam vocat Caesaris praedium, quasi provinciae pop. Rom. Caesaris essent praedia. *Manut.* *Deterius*, incultum ob ruditatem incolarum.

18 Docebit me qua ratione amissam Caesaris gratiam recuperem. *Manut.* Recte; voci enim *magistrum* respondent illa πολλοὶ μαθηταί. Dolabella insuper missus Caesari obviam, ut eum Ciceroni conciliaret, dicitur in ep. CDLI init. Hinc minus recte I. Fr. Gronovius hunc locum explicat de magistro auctionis, ut ep. X, 3, 21, et Dolabellam ait praestiturum Caesari operam in proscribendis et vendendis Pompeianorum bonis. Praeterquam quod haec notitia de Dolabella aliena prorsus huic epistolae videtur. Vide omnino ep. CDL, 2. Ms. Vrsini *et me puto magistrum fore*; quod Schützius recepit. Et revera alumnus Ciceronis dicitur idem Dolabella in ep. DCC, et magistrum illi se profitetur Tullius in epist. CDLXXI; sed et huiusmodi notitia de literarum studiis hic nihil ad rem facere videtur.

CDXLVIII.

1 Intelligendae sunt Nonae Quintiles. *Schütz.* *Maturum*; vid. ep. sup.

2 Lamb. et Gotof. *propter remp.*; alii *propter rem.*, *sed.*

3 Nostri omnes aliique *istum diem.*

4 Aliqui *euntem.*

5 Huius nostri consilii (quod scilicet ab armis discesserimus, et obviam Caesari eamus) ne tum quidem nobis poenitendum putarem, si eos qui id secuti non sunt, non poeniteret. Quum vero eos poeniteat, quod in bello remanserint, multo minus nobis, qui saniores fuimus, poenitendum puto. *Manut.*, apud quem vide plura. Zel. A *Consilii mei.* Porro *ne si eos* restituit Hieron. Ferrarius, approbantibus omnibus. Nostri omnes aliique *nisi eos quidem.* Gotof. delevit *non*; minus recte. Amstel. *consilii nostri ne si eos quidem qui insecuti non sunt non p. nisi poenitendum putarem.*

6 Scilicet vincendi, quae nulla Pompeianis erat; epp. CDLI et CDLXIV. *Desperationem*, causam desperatam. Tum Ambb. plures aliique *relinquimus.*

7 Id ipsum ep. CDLII sub init.: *Pudori tamen malui famaeque cedere, quam salutis meae rationem ducere.* Hoc est, officio iusto, pio et debito reip. functi sumus. Aliqui habent *itaque v.*

8 Fractis viribus proelio Pharsalico; ep. CDLXI.

9 Eorum scilicet, qui, quum se domo non commoverint, nos tamen quia domum, relictis armis, redivimus, severe admodum reprehendunt. Absurde; nam neque reprehendendi omnino sumus; et si essemus, non ab istis otiosis, verum ab iis potius, qui persequi belli civilis extrema voluerunt. *Manut.* Hittorp. *si veritatem ocio solus.* Pal. sext. *si veritatem otio solvo.*

10 Sic ed. Rom.; quod receperunt Lamb. Ernest. Schütz. et I. V. Clericus. Vulgo *se res haberet*; Gotofr. *res se habeant*; alii *habeat*.

11 Aliqui *veneror*. Mox duo nostri *occiderint*.

12 Omnes nostri *si minus*. Tum cod. Rec. *prosequar*.

13 Accipitur pro vase balneari, ut apud Phaedrum l. IV, fab. IV, v. 21. *lavationem argenteam*; et in genere pro iis quae ad lavationem opus sunt. Te praemonebo de adventu meo in Cumanum tuum (ep. CDXXXI) ut mihi lavationem pares. Cod. Rec. *lotio*.

CDXLIX.

1 Non sapit quartam, immo potius neque millesimam partem (ep. XXX), hoc est, nihil omnino sapit. Certus numerus pro indefinito; sed *quartum* opinor a Cicerone dictum iocose, respiciens fortasse ad illud Ennianum:

Quintu' pater quartum fit consul.

Significare etiam posset, ut vult Ernestius, Quintum fratrem rursus quarta vice desipere, quod iam ter aut quater sivisset filium suum cum Lupercis currere: sed quid vero sibi velit *millesimum?*

2 Quippe qui laetatur, quod filius Statiusque inter Lupercos sacerdotes cooptati sint. Quum antiquioribus duobus Lupercorum collegiis tertium recentius additum sit, appellatumque a Iulio Caesare *Iulianorum Lupercorum* (Sveton. in Iul. c. 76); primus admonuit Mongaltius, hic de Iulianis agi Lupercis, in quorum adscribebantur collegium, qui placere volebant Caesari. Sic fere Oliv. Porro Statius, libertus Q. Ciceronis (ep. LI, 1), itemque Philotimus non fuerunt Luperci, sed calatores atque ministri Q. filii in sacerdotio. Non enim liberti ad sa-

cerdotia admittebantur; tantum ministrabant suis patronis sacerdotibus. *Popina*. Ed. Herv. *tesserario*; alii vett. *testario*.

3 Quae impudentia est fratris mei *ἔρανον* (pecuniam mutuam) a te petere ob eam rem, scilicet, ad illud Lupercorum sacerdotium obeundum!

4 Ex primo versu Pindari Nemeorum I, quo designatur fons Arethusae in Sicilia, in quem Alpheus Achaiae fluvius post longum sub mare Ionio iter influens, quasi videbatur respirare. Haec omnia metaphorice sunt accipienda, et sensus est: Fac fratrem meum venisse non ad aridam fontem, hoc est ad arcam tuam vacuam pecuniae, sed ad fontem Pirenem, atque ad Arethusam, hoc est, ad arcam plenam ad pecuniam sumendam, in tantis illius praesertim angustiis. Lamb. *aut* ἀμπν.; alii delent hoc alterum *sed*. Tum pro κρήνην alii ἱερίνην.

5 Hoc est, quo istam demum stultitiam perducet?

6 Liber, quem de laudibus Catonis Vticensis scripsit, cui titulus *Cato* (ep. CDXLV), quique non exstat.

7 Subaudiendum *carmina*, vel *scripta*, vel *opera delectant*. Catone meo, inquit, delector; sed nihil mirum, quando etiam Bassum Lucilium malum scriptorem sua delectant.

8 Hic nummularius erat, cum eoque Cicero agebat de argento aurove facto aut infecto cum alio signato commutando. *Bosius*.

9 Optime hoc Manutius interpretatur: quaeres num aurum ille nobis dare possit. Quamquam non hoc modo videndum est, num dare possit, sed etiam illud, num daturus sit aurum bonum, non adulterinum. Nam in ep. CDLIII scribit: *De Caelio vide ne qua lacuna sit in auro*. Schütz. Olim sic haec verba constituebantur *non facultas. Modo de Hortensio* etc.

10 Hos quoque argentarios puto fuisse. *Tu* subaudi *quaeres*. Manut.

11 Subaudi *ages*. Forte Mustela et Crispus coheredes erant. Itaque agi cum Mustela non poterat, nisi et Crispus eiusdem hereditatis particeps adesset; ep. CDXXXVI. *Idem.*

12 Et a Pisone argentario aurum signatum volebat sumere Cicero pro auro vel argento facto. Hoc agebatur mediatore Aulo, qui Pisoni aliquanto plus quam par erat, fortasse petenti, et negotium diutius producenti significare debebat Ciceronem bene nosse auri facti naturam. Libri aliquot mss. et excusi vett. *Ad Avium*, quod Bosius et Verb. receperunt; et Glandorp. coniiciebat *Avianum*. Porro *demonstrarec* habet Faërnus, Lamb. et Vrsinus. Vulgo *demonstrarem*, vel *demonstrarim*.

13 Hoc est, omnem pecuniam, cuius facultas detur, ex rei familiaris alienatione esse in unum contrahendam, ut ea a bellorum iniquitate in tuto esset. Supra pro *assentio* alii *assentior*; utrumque usitatum.

14 Tubulum, ope tui, video fuisse praetorem in consulatu L. Metelli et Q. Maximi, A. V. C. DCXXXI; nunc velim scire quibus coss. P. Scaevola tribunus pl. fuerit. Docebis igitur me Scaevolae tribunatum, et si poteris, docebis etiam Tubulus quo crimine a Tribuno Scaevola accusatus fuerit. Antiquitatis amator Atticus, eam diligenter habuit cognitam adeo, ut nulla lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris erat pop. Rom., quae ipsi nota non fuerit. Familiarum praeterea origines aliquarum sic bene noverat, ut notaret qui, a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset (Nepos in Att. c. 18). De Tubulo rescripsisse videtur Atticus, illum accusatum fuisse de pecuniis ob rem iudicandam acceptis; nam hoc aperte dicitur de Fin. II, 16. Quo in loco etiam P. Mucii Scaevolae tribunatus innuitur an. DCXII gestus, hoc est, anno proximo a praetura Tubuli. *Proximis* abest a pluribus vett.

15 Tribunus plebis utique fuit L. Libo A. V. C. DCIV. L. Marcio Censorino, M. Manilio nepote coss. *De Servio Galba*, supple *ad populum detulit* propter IX, vel, ut alii tradunt, XXX millia Lusitanorum contra interpositam fidem interfectorum. Liv. XLIX; Val. Max. VIII, 1. Vid. Pighium ad ann. cit. Pro *Manilio* alii *Manlio*.

16 Annalium a C. Fannio confectorum (Leg. 1, 2; Brut. 87), quos in epitomen M. Brutus Caesaris percussor contraxerat. De Fannio vide ad CXLIX; Brut. c. 21, 26; Orat. II, 67. Locum sic constitutum a I. Fr. Gronovio ope cod. Tornaes., quodque recepit et Oliv., paullum immutavit Schütz. omittendo *scriptum*. Vulgo *conturbat enim me epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitoma Fannianorum? scripsi quod erat in extr.;* quod Bosius tamen aliique defendunt. Lamb. *conturbor enim. In Br. epitoma Fannianorum scripsi quod* etc.; sicque fere alii. Fortasse legendum *Fannii annalium*.

17 In libro de Clar. Orat. c. 36.

18 Quintum Hortensium oratorem fuisse historiae peritum, innuere videtur idem Cic. ep. DXLIX, eumque memoria valuisse, in Brut. c. 64. *Apud Brutum*, hoc est in libro de Claris Orat.

19 Ep. CDXVI. Ad Tulliae dotem et negotia pertinent illa: *Ergo et in integro omnia*, h. e. nihil adhuc perdidit.

20 Quia Kalendae tristes erant debitoribus; nam Kalendis et Idibus de more usurae solvebantur. Cavendum ergo Ciceroni erat, ne eo die Romae maneret, ne a creditoribus suis molestia afficeretur, quum solvendo non esset.

21 Ep. DCCLXXV. Libros scilicet, in quibus nomina debitorum, pecunia data et accepta, scribebantur. Nomine *Nicasionum* intelligendos esse argentarios, sive feneratores, interpretes omnes conveniunt. Quare autem sic appellati fuerint, nemo dixerit. An fenerator quidam fuit

nomine *Nicasio*, ex quo alii *Nicasiones* dicti? *Nicasionis* cuiusdam mentio est in Verr. IV, 51. Ita fere Mongaltius. Ed. Herv. *mearumque auctionum* ἀρχ. Grut. *Neoeicasionum.* Corradus coniiciebat *cessionum*; et aliqui vett. revera *iiicessionumque* habent. Porro *tabulae* accipiunt alii de rebus suis domesticis in iis referendis; Bosius de tabulis novis obaeratorum. Plura vide apud alios interpp.

CDL.

1 Lamb. et Victor. *delectaverunt me literae tuae*; et *delectaverunt* habent libri plurimi.

2 Mihi gratus fuit amor tuus; eodem sensu quo dicitur in ep. CCXCIII, 6: *De rauduscula — multum te amo*; et ep. CCXXXIV: *Vt in Attilii negotio te amavi!* Vid. etiam ep. VII, 3. Scinz. *cognovi amorem*, at in explicatione *amavi* ut ceteri. Iens. *cognovi a. t. erga me.*

3 Videtur Silius nuntiasse, ut ex epistola colligitur, Caesarem salibus Ciceronis esse offensum. *Manut.* Non ita bene Schützius explanat, P. Silium nuntiasse de Caesaris victoria, et de eius adventu proximo exspectando. Huic enim explanationi non consentiunt illa: *nulla re a me offensus est*; et: *arbitrabar esse meum libere loqui — nunc nihil loqui quod* etc., et alia sexcenta. Mordacitatem Ciceronis in Caesarem notavit etiam Macrobius, l. II, c. 3.

4 Scilicet iisdem verbis, eodem conceptu. *Bis* autem, ut saltem unae redderentur, si alterae amissae fuissent.

5 Ita Lamb. cum nostro 15, ut ep. CLXXXI. Vulgo *quoniam*, vel *quum*.

6 Sic rescribendum esse suadet forma quae statim sequitur huiusmet sententiae resumendae inserviens: *sed tamen quicquid potuerit.* Ita etiam Lamb. edd. Rom. et Iens.; et sic habet noster 13 cum Rec. Vulgo *fieri poterit.*

7 Scilicet Caesarianorum.

8 Aliquot msti cum Victorio aliisque *conciliandum et colligendum*; antique, et alienum ab Ciceronis epistolis, ut monet Ernestius.

9 Lamb. cum ed. Rom. et nostro 13 habent *iis*, fortasse melius, et in vulgatis confusum cum seq. *his*.

10 Vulgo *Nam etsi*, sine sensu. Lamb. *Nam etsi — tamen ego uno utor;* Schütz. tantum *etsi*.

11 Mss. aliquot cum Lamb. *igne*; quod sexto casu certe usitatius.

12 Tam eorum qui vere amant, quam qui ficte. *Manut.*

13 Alii et mss. et edd. *arbitror.*

14 Humilis et abiecta; illorum florentissima; quum sit penes Caesarem potestas omnis. *Manut.* Alii *quod et* m. f.

15 De Caesare. Hoc non pendet à *timeam*, ut putat Ernestius; sed absolute est pro *quod ad illum attinet.*

16 Idest, quum quis ad tantam potentiam evectus est, ut supra leges sit, ut neglectis legibus omnia possit agere, et moderari pro arbitrio. *Graev.*

17 Nostri aliquot cum Scinz. Stewech. et Amstel. *praestari*, fortasse e correctione, qua tamen nihil opus; hic enim *praestare* est *in se recipere.*

18 Detecta et oppressa conspiratione Catilinaria. *Fumo.*

19 *Effugere offensionem facete dictorum* est effugere dicta salsa, quae alios offendunt. Dicit Cicero se nihil loqui, quod iure offendere possit Caesarem, aut eius familiares: si tamen offendatur facetis quibusdam dictis, quae sibi excidant, se id non posse impedire, nisi simul velit abiicere famam ingenii. *Graev.* Tullius facetiis plusquam par erat, tribuebat. Hanc Ernestii correctionem libenter recepi, quam expostulant necessario illa temporis imperfecti, quae sequuntur: *si possem non recusarem.* Vulgo *effugere si velim — est abiicienda.*

20 Vulgo *quod si id possem*; sed *id* delevit Lamb. et Ernestius auctoritate msti sui, cui noster 6 consentit.

21 Servius Claudius, qui Metello et Afranio coss. A. V. C. DCXCIII obiit; cuius libros Paetus Ciceroni donavit; ep. XXV, 8. *Corrad. Frater tuus* intelligitur consobrinus. Infra legunt aliqui *ex consuet.*

22 Hunc librum *Dicta collectanea* Svetonius appellat. *Manut. Si quod* supple ἀπόφθεγμα. Mox edd. vett. aliquot *vel per se si quod deferatur.* Alii male *si quid* pro *si quod.*

23 Nostri fere omnes cum ed. Rom. et Scinz. *praeter eadem audiat.*

24 Versus aliquot, qui vitandam invidiam admonebant, scripsit ad Ciceronem Paetus ex Accii tragoedia *Oenomaus* inscripta, ut eum ad salse dictorum offensionem vitandam adhortaretur. *Tuo* itaque dixit pro *quem tu, Paete, scripsisti.*

25 Vsus es opportune. Sic ep. DCCLXXXVI init: *epistolae offendunt non loco redditae.* Eadem forma et saepe alias occurrit, ut in ep. CXLVI, 1: *ampla erant et loco posita.* Edd. aliquot ante Victorium *posuisti ioco.*

26 Esto, ut invideatur mihi, licet invidendi causa nulla sit. *Manut.*

27 Intelligere in quo sita sit virtus. *Idem.* Stephanus III Schediasm. coniiciebat *viam virtutis t.*

28 Hoc sapientis esse culpam vitare: quod potest: cetera eum praestare non posse: quae si eveniant, reprehendi eum non debere. *Idem.*

29 Significat se recte sensisse, quum pro Pompeio et rep. stetit, et recte pariter nunc agere si quiescit, quum sibi non satis praesidii sit contra valentiores, hoc est Caesarianos. Vnus Amb. *censuerim.* Mox *quod* pro vulgato *quia* recepi ex nostro 15, edd. Lamb. et Rom.; et bene

respondet superiori *quod*. Alii *qui*. Iens. *qui quum viderint*.

30 Aliqui vett. *faciamve*.

31 Scilicet Caesari. Amb. 14 e correctione *quae quisque*.

32 Et illis versibus Accianis a te allatis non imputabo factum meum invidiae, sed fortunae: idest, non invidiam, sed fortunam timebo. *Min.-Ell.* Vulgo *non modo iam*; quae transpositio facilis est in mss. ob scripturae compendia *nõ, mõ;* sed *modo* hoc loco positum iam Ernestium offenderat; itaque cum eo uncis inclusit et Ios. V. Clericus, et Schützius delevit.

33 Olim vulgo deerat *ab*; nunc recentiores recipiunt; idque habet unus ex nostris.

34 Athenis Socrates, quum triginta tyranni a Lacedaemoniis impositi dominarentur, Syracusis Plato, atque etiam Aristippus, regnante maiore Dionysio; Laërtius et alii. *Manut.* Libri vett. nonnulli *tulerunt — fuerunt*.

35 Sic nostrorum multi aliorumque cum edd. vett., et recte. Vulgo *quum tu*.

36 Post Oenomaum; ep. DLXVI. Quando tu post versus Oenomai Acciani, quos nuper protulisti, non Atellanum actorem introduxisti, ut olim introduci solebat, sed mimum, ut nunc fit: hoc est, non facetia Atellani actoris digna, sed mimi usus es. Hoc loco innuitur discrimen inter Atellanas fabulas, et fabulas mimorum, sive histrionum. Illae nempe modestiores, hae lascivae et dicacissimae. Hinc Livius (lib. VII, c. 2) postquam narravit Iuventutem Rom., histrionibus fabellarum actione relicta, ridicula fabellis, potissimum Atellanis, imitasse, addit: *Quod genus ludorum* (Atellanorum) *ab Oscis acceptum tenuit iuventus, nec ab histrionibus pollui passa est.* Atellanae fabulae, in tragoediis potissimum agi solitae, idem, aut simile quid erant et quae nunc apud nostrates *In-*

termezzi, Germanis *Nachspiele* appellantur. *Atellanae* autem dictae ab oppido *Atella*, de quo ep. CXXXVIII. Porro Ant. Augustinus coniiciebat *Atellanam*, quod placebat Ernestio, et edidit Schützius et Ios. V. Clericus. Pro *solebat* vero unus Amb. cum ed. Iens. *solebas*, quod tamen sequenti *ut nunc fit* non cohaeret.

37 Quum haec obscura et insolentia sint, aliqui emendare varie conati sunt. Schütz ex ingenio *Quem pompilum quem thynnum*, quod illud tribus locis memorat Plinius, et quod *denarium* hic ineptum videatur. Amb. unus cum Lamb. aliisque vett. *Pompilium*; ms. Vrsini *polypum*, quod sane verisimilius videtur, ut infra est in hac ipsa ep. Alii denique *thynnarium* coniiciunt, ut sit edullium ex thynno confectum. Nos hic a vett. librorum consensu recedere nolumus; quia *popilium* pro *pompilo* Plinii, aut quid aliud eius generis esse potest; *denarium* vero, quia intelligi potest denarius, quo, ut iam vidit Corradus, se polypum vel quid aliud simile emturum Paetus quaesisset, quem Cicero ut minimum spernat: et *thynnum* longius abest a mstis.

38 Nostri duo aliique *felicitate*, quod idem sonat ac fortuna, ut in ep. DCC sub fin. At alterum rectius.

4 Antique pro *plebis*, quod habent alii. Vide Drakenb. ad Livium II, 43; Gell. VII, 19. *Mea causa petisse*, ut me ab exsilio restitueres.

5 Nam qui tribunus est, ipse habet ius intercedendi. *Manut.* Non rogares ut ego pro te apud Caesarem intercederem. *I. F. Gronov.* Omnes interpp. conveniunt, iocum esse in ambiguo.

6 Sic probatissimi codd. et edd. vett. cum ipso Lamb. Ali-

qui *pudenter*, quod placet I. V. Clerico. Mox pro *fortiter* Amb 15 *audacter*.

7 Acerborum salium iocandi cum morsu, pungendi, specie urbanitatis. *I. F. Gronov.*

8 Mei causa. *Corrad.*

9 Catilinae coniuratione oppressa, vidit Manutius. *Tibi liberum*, intellige in scribendo.

10 Pighius de coniuratione Catilinaria hoc dictum accipit; Manutius de consiliis C. Antonii a P. Sextio Ciceroni patefactis; pro Sext. c. 3. Mox Lamb. aliique *sin vera.*

CDLXVIII.

1 Tres Ambb. aliique vett. libri *nuncio.*

2 Lamb. e msto dedit *te de rebus*: et sane praepositio, quam alii abundare arbitrantur, mss. quoque servant, teste Lallem. Quidam *iisdem de rebus*, sine pronomine *te*, quod hic necessarium esse nemo non videt. *Alii iisdem etiam de rebus.*

3 Et hic refellere omnia nititur, quae reditum in patriam dissuadere Marcello videbantur, quemadmodum superioribus epp. CDLXIV et CDLXVI. Mox vetus cod. Silberi *nolles.*

4 Non te decet, vel non est in tua potestate, moveri et laborare solo oculorum sensu, hoc est, moveri et perturbari solum iis rebus quae videntur. *Solum* redundat, et abest in nostro 14, additum tamen a 2 manu.

5 Nec te decet minus laborare quum illud, quod videre non vis, auribus percipias; id quod moris videri solet. Vid. ad ep. DXVII init. Aliqui delent *idem.*

6 Haec verba Runkenius ad Velleium Paterculum II. 144 optimo iure ut insititia damnavit; ideoque Schützius

omnino sustulit: nos vero tantum seclusimus, quia omnes vett. libri sic habent.

7 Vt dicendum sit aliquid, quod non sentias, aut faciendum quod non probes. *Corrad.*

8 Lamb. *ne suo quidem sed suorum;* quod verius esse possit si in sequenti sententia: *Quod non m. s. f.* abesset negatio *non*, ut in vet. cod. apud Corradum. Nam videtur dicere: Caesar suorum consilia recipit; at contra Pompeius, quum incertis rebus nostra consilia negligeret ac sperneret, multo magis in victoria despiceret. Lambinianae transpositioni favent illa etiam quae sequuntur: *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, facienda sunt.*

9 Sic recte Ambb. fere omnes aliique cod. vett., ex quibus iam recepit Bengelius, probantibus Victorio, Lamb. et Graevio, et nuper Schützio, pro vulg. *coniunctura esse periculum suo cerneret;* quod Manutius aliique secuti sunt. Oliv. *quum o. n. c. esset p. suo, certorum;* Ambb. tres cum Rec. *et ceterorum*, quod recepit Ernest.

10 Idest comem, urbanum, qui nihil singulare ac praecipuum sibi tribuit prae aliis, qui non supra alios cives se extollit, qui est popularis, modestus, patiens iuris legumque communium, qui non suo in omnibus utitur consilio, sed et aliorum civium hominumve. Corn. Nepos in Attico 3: *Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur.* Sic fere Graevius, apud quem plura vide huiusmodi exempla.

11 Sic sexto casu absoluto praetuli. Schützius *incertis in rebus;* quod et aliqui Ambb. aliique codd. habent; tres vero cum Zel. A, Rec. aliisque mss. et edd. vett. *ceteris in rebus*, vel etiam *reliquis in r.* vel *certis in rebus.*

12 Quando tibi consuli finem ponenti administrationi Caesaris in provinciis Gallicis Kal. Mart. restitit; ep. CCCXXVI, 2

13 Germano, scil. C. Marcello; ep. CCXVII et CDLXXX; qui consulatum gessit cum L. Lentulo Cruscello, vel, ut alii volunt, cum L. Paullo. *Ex auctoritate tua;* idest, qui sententiam tuam sequebatur.

14 Nostro consilio uti voluerit. Omnia suadent sic recipere, ut est in Ambb. pluribus, Rec. et edd. vett. aliquot, pro vulgato *vobis;* nam praeter quod sequitur *nostras sententias,* satis constat, Ciceronem saepe queri, suis consiliis Pompeium uti noluisse.

15 Acute Schützius correxit *hunc omnia t.;* respondet enim adamussim *superiorique in bello — eum censemus;* sed praeter necessitatem.

16 Impotens apud Ciceronem saepe est qui animi sui motus fraenare potis non est, incontinens, effraenis. Tusc. V, 7: *impotenti laetitia efferri.* Vide Phil. V, 9 et 16, atque ad ep. DCCC. Vnus tamen. Amb. aliique *impudentiores,* alius *impatientioresque;* al. *impudentioresque.*

17 Amb. 7 *at tu;* 15 *an tum.*

18 Scilicet Pompeianorum; epist. CDLII, et praecipue CCCXCVIII, 1.

19 Vltimo loco habere, minimi facere. *Cort.* Reipubl. eas posthabere.

20 Amb. 7 cum Rec. *Denique.*

21 Non cum Catone et Scipione profectus sis in Africam ad instaurandum bellum, sed secesseris Mitylenas. *Graev.*

22 Ad ep. CDXXXVIII.

23 Sic bene primus Victor. e codd. Medicaeo et Vatic. Nostri omnes et alii plerique corrupte *esse* vel *fuisse.*

24 Recte sic Mart.-Lag.; quod respondet antec. *duri* etc.: et *stulti sit* iam reperit Vrsinus in vetere libro. Vulgo *stultum est.*

25 Haec est conclusio, haec summa est. Schützius cum aliquibus mss. *caput illud est.*

26 Olim vulgo cum aliquibus mss. *gladiatorum*; inepte. Mox pro *externis* ms. aliqui *extremis*.

CDLXIX.

1 Iisdem verbis scriptas. *Graev*. Vid. ep. CDL init., not. 4.

2 Lamb. aliique *agnosco nec p.*

3 Tres Ambb. et ed. Rom. εἰρωνεύομαι; quibus consentit alius hoc verbum latine reddens *dissimulo*. Otiosa forte est correctio; nam eleganter participium solet usurpari. Supra ms. Graevii prim. ἐρανίτῃ.

4 Subtilitas in sententiis, elegantia in verbis; vid. in Brut. c. 42. *Manut.*

5 Achaiae administrandae curam a Caesare mandatam. *Idem.*

6 Putasti, te, quum ab urbe abesses, a molestiis etiam abfuturum. Vid. ad ep. CXIII. *Idem.*

7 Libri vett. aliquot, ut Pall. duo et ed. Rom., *praeclusa* vel *perclusa*, ut prim. Graevii.

8 Sic certe melius, ut est in Pal. 5. Mentel. et Amb. 14, licet in hoc postremo ex emend., quam vulg. *ut s. q.*; nam ita *miserrimus* et ad locum et ad personam opportune refertur, ut monuit I. F. Gronovius; de cuius sententia Lallem. et Oliv. ediderunt *et sibi quisque*. Hoc porro totum a mss. quibusdam, in aliis, ut Ambb. aliquot, *et* tantum abest.

9 Hoc praetuli cum Lamb. Schütz. aliisque ex mss. pluribus vulgato *doleat*. Aliqui *quod doleas* — *audeas*.

10 Vna re meliori conditione sumus, quod etc. Sic vero edimus, ut optime coniecerat Ernestius, et edidit Schütz., pro vulgato *vicimus*. Nobis favent tres Ambb. aliique vett. codd. Noster 15 *uno te v. qui.*

11 In consulatu an. DCCII. *Salute*, scil. restitutione in patriam; epp. CDLXXX et DXXV.

12 Vnus Amb. *factum ex.;* alii mss. quidam *fas exist.*

13 Scilicet praeter restitutionem Marcelli. Supra vett. aliqui *coeptum sit.*

14 Qua in consulatu adversus Caesarem ipsum usus fuerat, atque in primis quum mittendum illi successorem censuit. *Corrad.* Vid. ep. sup. not. 12.

15 Victor. e mss. edidit *ne ominis q. causa*, quod defendit et confirmat exemplis Lamb., et I. F. Gronovius explanat: ne malum omen daret futuris actionibus, si quid senatui roganti negasset.

16 Ipsius M. Marcelli frater; vid. ad ep. CCXVII.

17 Scil. senatus, ut in aliquibus mss. additur, nimirum e glossa.

18 L. Volcatium Tullum, virum consularem. Nescio quare Schützius duos Lucios Tullos, et hunc a consulari diversum dicat.

19 Hoc est, se acturum Caesari gratias, ad pedesque eius supplicem accessurum in senatu. *Eo loco*, scil. ea dignitate viri consularis, vel publice in senatu coram omnibus. Lectionem hanc suppeditant Ambb. tres cum Rec. Vulgo *is enim si eo loco esset, negavit se facturum;* et verba illa *eo loco* interpretantur Manutius aliique: si Marcelli conditione vel statu esset. At neque ceteri erant loco Marcelli. Schützius, praeeunte Mart.-Lag., *is enim sic eo loco negavit se f.* Hic vero supra pro *hic dies*, dedit *is dies.*

20 Vide orationem pro M. Marcello.

21 Metuo, ne, quum in senatu loqui coeperim, idem posthac saepe cogar facere, ut Caesaris voluntati serviam. *Manut.* Duo Ambb. aliique *neque metuo.* Mox Lamb. aliique *unicum solatium.*

22 Idem Lamb. cum aliis *quando.*

23 Hoc est, etiam minus, quam modus permittit. *I. Fr. Gronov.* Ed. Rom. *infra m.* Amb. 3 cum Zel. A *ultra m.*

24 Hoc est, crescit et augetur, non, ut putant nonnulli, fit molestum. Facciolat. Aliqui addiderunt *ita* propter seq. *ut.*

25 Dabat in primis operam Servius filius philosophiae (ep. CDLXI extr.). *Manut.* Et a Cicerone, qui ludum aperuerat (ep. CDLI), docebatur.

26 Sic habent tres Ambb. et Rec., ut iam correxerat Ernestius e ms., Gu. et ed. Rom. Lamb. aliique vett. et Oliv. *nihil te,* vel *te nihil;* vulgo *te* abest.

27 Ambb. tres cum Rec. *nihil melius ipso est Caesare,* vel *nihil ipso melius est Caesare;* nimirum e glossa, quum *Caesar* proxime praecedat. Mox duo cum vulgo *ceteri et cetera;* insanis repetitio dum praecedit *de reliquis.*

28 Vid. ad ep. CDLXVIII, not. 4 et 5. Tum Ernest. post Victor. et Gebhard. *alterum utrum.*

CDLXX.

1 Aliqui olim *non vereor;* quod Lamb. improbavit. At sane non male respondet seq. *tamen vereor,* ut scilicet dicat, se non vereri ne alia sua officia desiderentur a Caecina, sed tantum de literis se excusare debere videatur, ut observat Camerar.

2 Significat Caecinam a partibus Pompeianis stetisse, ut et ipse, contra Caesarem. Ideo exsilio fortasse voluntario se ipsum mulctavit. Non vero inepta est lectio Lambini aliorumque *studiorum parium coniunct.* ex mss. deprompta, ut nimirum habet et noster 13, quam et Manutius laudavit, quamque confirmare videntur Ambb. plures aliique legentes *studiorum partium c.*

3 Nonnulli, ut Amb. 15, addunt *non v.*, sensu recusante, ut putat Lallem. Mox unus 12 *ne lit. a me officia r.*

4 Sic optime correxit Egnatius e corruptis vett. libris habentibus *etiam pridem Esedi misissem*, vel *pridem dimisissem*, ut Ambb. aliqui.

5 Lamb. *Nunc autem.*

6 Edd. vett. et mss. aliquot *tempus argumentum*, vel *in argumentum ep. differetur*, vel *differet.*

7 Alii *imbecillum;* utrumque usitate; Ambb. duo vero aliique *imbecillimum.*

8 Ed. Rom. *amantissimi.*

9 Clodiana tempora significat (ep. XLVIII). Nec magis ipsum Clodium, quam Caesarem, Pompeium et Crassum tacite carpit. *Manut.* Sic tacite Schützius correxit, et diserte habet Amb. 2, ut volebat Ernestius. Vulgo *putarunt*, vel *putarant*, ut Lamb.

10 Negotiationis fortasse causa; confer epp. CDLXXVI et DVIII. *Manut.* Aliqui vett. *venerunt.*

11 Artis scil. divinandi, quam ab Etruscis Romani didicerunt. De Div. I, 2; Val. Max. I, 1. Ambb. fere omnes aliique vett. libri *vetustae*, vel *huiusce disc.* Graevius dedit *Tuscae.*

12 Scilicet historiis, traditionibus.

13 Exsilio, reditu et bello civili; vel fortuna modo secunda, modo adversa.

14 Aliqui olim *atqui*, vel *atquis.*

15 Idest, quae consiliis meis providerim, scil. operam dederim, ne acciderent. *Schütz.* Codd. aliqui *propterea* vel *postea providerim*, vel *praeviderim*, ut Lamb.; quod sequentibus non congruit.

16 Quae suaserit, ipse exponit Philipp. II, 10: *Vnum ne quinquennii imperium Caesari prorogaret; alterum ne pateretur ferri, ut absentis eius ratio haberetur. Quorum*

si utrumvis persuasissem, in has miserias numquam incidissemus. Manut. Mox *hic*, scil. Caesar; *princeps*, idest auctoritate ceteris praestans, in consiliis dux et auctor.

17 Pompeio in suam provinciam.

18 Scilicet Caesaris; vid. ad ep. CCXCVIII, 4 et saepe alibi.

19 Pompeio sine collega A. V. C. DCCI. *Pugnante* est Caesaris causa adnitente. Ep. CCXCIV, 2: *Cur*, inquit, *tantopere pugnatum est, ut de eius* (Caesaris) *absentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent?* Vulgo *quum, ipso consule;* sed *quando* iam dedit recte Lamb. Ernest. aliique, ut habent quatuor Ambb. Vett. alii *quomodo.*

20 Quum Pompeius, mutata voluntate, et eius amici rationem absentis Caesaris in petitione consulatus haberi nollent; Caesar, quod ei populus dederat, id servari vellet. *Manut.* Aliqui olim *causa orta est b.*

21 Pompeium; ep. CCCXVII, 4.

22 Ep. CDLII, not. 8.

23 Quum egit, ut ab exsilio revocarer; ep. CCCXXVI, 1. Minus congrue aliqui *quum ille aliq. def. meae.*

24 Verba haec Schützius antiqui Tragici versiculum esse suspicatus distinxit *Ad pestem* etc. Amphiaraus vates proditus ab uxore, ad bellum Thebanum invitus abiit, in quo praevidebat se certo moriturum; vide Inv. I, 50. Itaque, ut hic, significat se ad bellum male manifesto exiturum occurrisse.

25 Lamb. aliique *quando;* Ambb. omnes aliique libri vett. *quomodo.*

26 Idem Lamb. cum aliis vett. *debet*, ut unus Amb.

27 Sic melius Ambb. fere omnes et aliorum plures. Vulgo *involatu;* quod verbum, inquit Ernestius, nuspiam alibi occurrit. Ms. Graevii prim. *ex alitis in violatu.*

28 Festus: *Oscines aves Appius Claudius esse ait, quae*

ore *canentes faciant auspicium*, *ut corvus*, *cornix*, *noctua; alites*, *quae alis ac volatu*, *ut buteo*, *sanqualis*, *aquila*, *immissulus*, *vulturius. Picus autem martius feroniusque et parra*, *et in oscinibus et in alitibus habentur.* Item *cantu sinistro* pro laeto et prospero dixit idem Festus: *Sinistrae aves*, *sinistrumque est sinistimum auspicium*, *idest quod sinat fieri.* Varro lib. V epistolicarum quaestionum ait: *A Deorum sede quum in meridiem spectes ad sinistram sunt partes mundi exorientes*, *ad dextram occidentes; factum arbitror ut a sinistra meliora auspicia quam dextra esse existimentur.* Manut. Ceterum aliquas fuisse oscines, ut corvus, quae a dextra potius quam a sinistra consuaderent, affirmat idem Manutius auctoritate Ciceronis, qui lib. IV de Div. *Cur aliis*, inquit, *a dextra*, *aliis a laeva datum est avibus*, *ut ratum auspicium facere possint?*

29 Augurali. Ernestius, cui favet Amb. 15, coniiciebat, Ciceronem scripsisse *vestra*, ut Schützius utique recepit, ut referatur ad Etruscam disciplinam, ut supra, et comparatio quaedam instituatur cum propria, quae sequitur, Ciceronis ratione divinandi. Sed et illa ad Ciceronem ipsum pertinebat ut augurem: ac praeterea quum Romani ab Etruscis illam didicerint (supra not. 11), ideoque communis facta; non video cur vulgatum *nostra* mutetur.

30 *Solistimus* a solo. Cic. Div. II, 34: *Quia quum pascuntur aves*, *necesse est aliquid ex ore cadere*, *et terram pavire* (hoc est ferire), *Terripavium primo*, *post Terripudium dictum est: hoc quidem iam Tripudium dicitur. Quum igitur offa iam cecidit ex ore pulli*, *tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. Tripudium sonivium* vero sic dictum fuit a *sono.* Festus: *Sonivio significat in carmine saliari et augurali sonanti.* Idem: *Sonivium*

tripudium dicitur, ut ait Appius Pulcher, quod sonet; ut quum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore. Ambb. omnes aliique codd. et edd. vett. *somniis:* sed non ex somniis augurum disciplina divinabat.

31 Quem ad Ciceronem miserat. Alter est hic liber ac ille de quo epp. CDLXXVIII, 1 et CDLXXIX, ut iam monuit Manutius. Ille contra Caesarem dicitur a Svetonio (in Iul. 74) *criminosissimus:* hic scriptus est, ut de calamitate sua quereretur, et Caesarem laudabat, ut ipsum placaret, potiusquam accusaret. Aliqui olim *praeclare illo libro.*

32 Aliqui, ut Mart.-Lag. et Schütz., addiderunt *precibus*, quod et in veteribus libris nonnullis quidem reperitur, ut in ed. Rom.; sed pariter ex additione, ut patet ex duobus Ambb. e diversa manu, licet antiqua. Ceteroquin *iustis* commode respondet *voluntatibus*, scil. desideriis. *Officio incensis*, scil. officii instinctu permotis.

33 Pro te Caesarem rogans.

34 Cicero ne spem Caecinae minuat veniae impetrandae, non valde laesum ab eo Caesarem ostendit, et laudationem accusatione maiorem exspectari: propterea de laudibus dixit *hausturum*, quo verbo copia demonstratur; de probris *leviter adspersus*. Manut. Pal. prim. *leniter adsp.* Tum Ambb. duo cum Zel. A *intelliget.* Mox *homo est v. a.* praetuli cum Lamb. Schütz. et Ambb. fere omnibus vulg. *homo valde est acutus.* Amb. 14 *est h. v. a.*

35 Scilicet Etruria. *Corrad.*

36 Passive, hoc est, fama apud pop. R. Mox olim vulgo *prohibere.* Quod edimus habent Ambb. omnes, Graev. Ernest. aliique; Lamb. *prohiberi a rep.*

37 Hoc, quod dedit iam Lamb. Ernest. et recentiores ceteri, inveni in duobus Ambb. et Rec. Vulgo sine sensu *nollet.*

38 C. Cassium; ep. CDXXIV. — Brutum (M.), ep. CDXXXVII. — Sulpicium (Serv.), ep. CDLXIX. — Marcellum (M.), ep. super.

39 Ambb. fere omnes et ed. Rom. *rerum haec natura.*

40 Sive status hic erit, sive mutabitur, non feret te diutius a patria abesse. Schützius, praeeunte Mart.-Lag., inseruit *reip.* hoc modo: *Reip. nec manens* etc.; quod etiamsi placet, tamen ut nimis temere invectum reieci.

41 Maxime significat eos quos lege Pompeia ambitu damnatos Caesar restituit.

42 Qua tamen utitur per insinuationem. *Manut.* Mart.-Lag. et Schültzius *cohortatione*, ex ingenio, quum auctoritate non constat.

43 Sensus est: tu qui ante exploratam victoriam Pharsalicam arma sumsisti pro rep., ut tu putabas, contra tyrannum, etiamsi explorata victoria, eodem nomine arma sumsisses, non minus esses laudandus, propter honestatem causae, quam es reapse. Mart.-Lag. *te si*, Schültzius *te qui explorata victoria arma sumsisses — non minus esse laudandum, quam si — nec decere.* Atqui victoriam Parsalicam neque Caecina neque alius exploratam habere poterat. Vulgo *te si explorata victoria — non nimis esse laudandum: sin propter — nec debere.* Atqui nemo solatur amicum qui illum reprehendit. Ex correctione Mart.-Lag. servavi *minus*, quod facile in mss. cum *nimis* perturbatur, in quibus tamen alterutrum reperitur.

44 Mallem *quantaeque*, ut cod. Rec. Lamb. aliique simpliciter *quantae d.*; et paullo post *sed et horum.*

45 Scil. admonitionis, argumenti consolatorii.

46 Subaudi, amplectuntur me. *Cellar.*

CDLXXI.

1 P. Volumnio Eutrapelo; ep. CCXXIX.

2 Cur se ad declamandum Cicero contulerit, vide in ep. CDLI. *Manut.* Amb. 15 *declarationibus.*

3 Quum in aliis locis Cicero simpliciter dicat *quod pollicerer non erat* (ep. CDLXIII, 1); ideo suspicor verba illa *causa invidendi*, itemque forte sequens *invideres*, esse a glossatore.

4 Vnus Amb. (*mihi sic visum est*) *Volumni;* alii duo cum Pal. prim. Grut. *mihi sua visum est V.;* quod corrigere pronum esset *mihi suasum est*, nisi lectio communis optime congrueret.

5 Amisso regno forensi; ep. cit. CDLI.

6 Aequalibus, sodalibus, quasi ex eodem grege. Illos enumerat Corradus, Hortensium, Marcellum, Caelium et reliquos.

7 Scilicet contra aves, non contra hostes armatos. Cicero id dolet, se, qui veris in causis solebat regnare, sub Caesare in declamationibus versari; Philoctetaeque dolorem ad suum accommodat. *Corrad.* Optime apud Ovidium (Metam. XIII, 53) Aiax haec verba explicat:

> Quo successore sagittae
> Herculis utuntur, fractus morboque fameque
> Velatur aliturque avibus; volucresque petendo
> Debita Troianis exercet spicula fatis.

Scilicet in Lemno relictus Philoctetes (de Fin. V, 11) utebatur sagittis Herculis, sine quibus Troia non poterat capi, in avibus configendis, ad quem usum non erant factae. *Verburg.* Vide Burman. ad Quintil. lib. IV. Alii *pennigero;* sed alterum plerique optimi codd. habent, et utrumque usitatum.

8 Amb. 14 *abiecta gloria est; sed;* ex emendatione tamen. Alii *òbiecta* vel *abiecta a gl.*, ut Pal. et Graevii prim.

9 Sic mss.; olim vulgo *venies*, ut etiam Olivetus.

10 Scholam suam declamatoriam (ep. CDLI) per iocum ita nominat. *Cellar.*

11 Sustinuerimus, subierimus, ut alibi *excipere dolorem, laborem.* Conf. Tusc. II, 5, et Br. 69. Sic interpretatus est Olivetus. Bene autem, ut observat Manutius, *exceperimus* respondet metaphorico *concursum*. Hoc vult ergo Cicero, se iis declamationibus semper operam posthac daturum, si earum laborem facile ferre potuerit. Vnus Amb. *vitaverimus;* alii *excluserimus*, nimirum ab ineptis glossatoribus.

12 Discipulis, ut explanat Ernestius. Ambb. quatuor aliique cum edd. vett. aliquot *cum omnibus nostris amatoribus*. Vnus cum Gruteriano et Stewech. *cum omnibus nostris. Nam* etc. Aliqui, teste Lambino, legi volebant *nostri amatoribus*.

13 Amicis, propitiis auribus, hoc est, libenter eos audio declamantes. Huic contrarium *iniqui* pro *inimici* est in ep. CCXIII circa fin. Sic ep. XCIX, 4: *non aequo senatu.* Duo Amb. cum Rec. *me aequiss. utunt. aur.* ambo ex emend. Ed. Ro. *aeq. ut. artibus.*

14 Ad haec nostra studia. Vt illud Plauti, Rud. III, 4, 21: *Tu senex si istas amas huc arido argento opus est.* Aliqui ex nonnullis mss. *hic*, alii *hoc* dederunt, ut consentiat seq. *limatulo* etc.; pro quo aliqui vett. corrupte *limatulo* vel *delimatulo et politulo*, vel *solito*.

15 Reconditis, non vulgaribus; ut ep. CCLXI, 3; Nat. Deor. III, 6; et in Bruto c. 76: *Erant in eo plurimae literae, nec eae vulgares, sed interiores quaedam et reconditae.* Manut. Τῷ *literis* vulgo additur *meis*, quod

sustulit Ernestius ut alienum, et abest a libris nonnullis. Reponendum esset potius *tuis*. Lamb. correxit *eis:* minus recte quum antecedat iam *illis*. Ambb. tres *in literis*.

16 Quia doctior es quam ego. *Cellar.*

17 Deliberatum, constitutum. *Manut. Mihi,* hoc est, a me, per me.

18 Quam egi in publicis et forensibus rebus. *Cellar.* Translatio ab hystrionibus, qui varias personas suscipiunt in scena. *Manut.*

19 Ita Gebhard. e Vatic. cod. aliique antea, teste Victorio, correxerunt pro *ne pluribus:* sed tamen durum visum est Ernestio; satis enim erat *invitus*. Noster 13 *ne pluribus occupatus*. Supra Lamb. *non veritus esses*.

20 Vulgo *tuas mihi literas longissimas*. Sed *literas* inculcatum puto a superiore, et abest a duobus nostris, quamquam in altero suppletum a sec. manu. Paullo ante codd. aliqui, ut Amb. 2 et Pal. prim., *At velim.*

CDLXXII.

1 M. Curio, qui Patris in Peloponneso negotiabatur (epp. CDLXXXV, DCLIII, DCLIV et alibi). Cicero Tyronem suum illic aegrotantem commendarat epp. CCVIII, CCXIII et CCCI.

2 Peloponnesiis. Ambb. aliqui cum Pal. prim. *quod mihi desip. v. quod istic,* vel *quum istic,* ut Lamb.

3 Videtur excidisse *staret*, vel *erat,* vel *vigeret;* sed facile subauditur. Quasi tunc amissa libertate urbs amplius non esset. Tres nostri cum Rec. *tum*, scilicet tunc temporis.

4 Versiculus antiqui Poëtae (quem *Accius* nominat Manutius; ad Att. XIV, 12): *Vbi nec Pelopidarum nomen,*

nec facta audiam; epp. DCCXXIII et DCLIII, 1. *Schütz.* Hoc nomine *Pelopidarum* significat Caesarianos.

5 Vid. ad ep. CDL.

6 Quasi novum quiddam: proverbium ex eo natum quod rarae aves albae. *Manut.*

7 Per prolepsin *opera* appellat quae tantum *scripta* erant, amariori hyperbole. Iam ad Varronem scripserat (ep. CDXLVI) hoc ipso anno se *in studiis suis libentissime conquiescere.* Scripsisse autem *Partitiones oratorias,* deinde *Laudem Catonis,* tum *Brutum,* sive *de claris orator.*, narrat Fabricius in vita Ciceronis ad hunc annum.

8 Non eum me esse qui viderer in meis libris. *Graev.* Vulgo *d. tuae dicere te* etc. pleonastica locutio *te ex sermone dicere:* et *dicere* natum e glossa, quod monente Graevio extrusit Ernestius.

9 Quam nunc. Hanc figuram habes ep. CDLX init. *Cort.*

10 Scilicet mens bona et sana.

11 Vere; sic epp. DLVII, 4; DCLVIII; DCCCLVI extr. Vid. ep. CDLX, not. 2.

12 Ex his verbis licet colligere quod aliqui recentiores aiunt, eo aetatis et vitii rem romanam devenisse, ut si Caesar non fuisset, alius certe eam renovare debuisset. Ideo Caesarem hic sicut alibi excusat. Libri vett. aliqui *ut praeteritis non sit q.*

CDLXXIII.

1 Ambb. fere omnes cum Zel. A, Rec. ed. Med. *quatriduo;* scil. ex repetitione τοῦ *quam.*

2 Mss. aliqui *Letho,* vel *Cetho,* vel *Retho.* Mox pro *Phileros* Ambb. omnes aliique libri vett. *Pileros.* Nec temere suspicaverimus, *tabellarius* esse e glossa.

3 Sic mss. apud Ernest. et Corrad., quibus consonat no-

ster 15. Celeri fere *pergratam sententiam meam et animum meum tibi perspectum esse gaudeo;* unde et Lambinus tacite *pergratam tibi esse sententiam meam, et curam valitudinis tuae, animumque erga te meum, quem tibi perspectum esse gaudeo.* Lacunam hic agnovit Victorius in edd. vett. nonnullis et mss., *pergratum tibi***** perspectum esse gaudeo*, aliter ab aliis expletam, quam tamen nonnulli, ut Graev. et Verb., servarunt.

4 Ita correxit Victorius ope vett. codicum; nam recentiores et nostri fere omnes aliter habent *ut est re* vel *res absens.* Pal. sext. cum Gotof. *ut est re ipsa.* Sed *reapse* pro *reipsa* perusitatum est apud veteres. Alii *ut est re ab iis.*

5 Idest, verum fateri oportet. Amb. 14 *satis a multis.*

6 Vrbanos sales illos accipio, in quibus multum leporis, ut dicitur infra, et festivitatis insit; et quales oratores decent, a scurrili ioco et mimico remotos. Tractationem de iocis vide Orat. II, 58. *Veteres* autem dicit, ut excludat sales post Latinorum receptionem corruptos. *Veterem urbanitatem* dicit etiam in ep. DCLVII.

7 Scilicet Romanis veteribus; iisque eo magis delector, quod nunc eas videam alienis modis inquinatas, corruptas, inquam, primum, quando Latini in societatem nostram recepti sunt; deinde hoc tempore, quo transalpinae nationes infusae sunt, hoc est immixtae Romanis. In quo ultimo iocatur non sine stomacho, ut ait Manutius, in Caesarem, qui Gallis quibusdam non solum cisalpinis, verum etiam transalpinis civitatem dederat; ex quibus nonnullos etiam in senatum recepit. *Gallia braccata* dicebatur provincia Narbonensis a genere vestimenti (vulgo *brache*, scil. femicruralia); sicut *comata*, quae Romanis antequam a Caesare superaretur, non paruit, dicta a comis alendis. Supra mss. aliquot *quidlibet* concinnius quam *quod lubet.*

8 Latinorum municipum sermone atque formulis delinitas. *Oblitas* ab *oblino*. Corruptas autem facetias veteres tum quum peregrinitas infusa est, quum Latini aliique peregrini populi immixti Romanis sunt, civitate iis data; et peregrinorum sermo in Romanum invectus. Videtur I. F. Gronovius deducere *oblitas* ab *obliviscor* ex loco ep. DCLVIII: *Exaruisse iam veterem urbanitatem;* quod neque Oliveto placebat. Noster 7 *oblatas*.

9 Repete omnino *in urbem infusis adeo oblitas, ut:* sic constabit sententia. *Cortius*. Amb. 12 a sec. manu *pateat ut*. Msti nonnulli *nunc vero placet et brac.*, vel *iacet et brac.*

10 Granius valde facetus, et salibus dicax erat. Orat. II, 60; Brut. c. 43, et pro Planc. 14. Lucilius satyras suas multis salibus iocisque respersit; Orat. III, 43. De Crasso (Orat. c. 57), et de C. Laelio cognomine sapienti, Brut. c. 21. Hos simul coniunxit, quia, ut ait Victorius, nobiliores et urbaniores aliis erant. Amb. multi aliique libri vett. *O. m. Gracchos*, vel *gratias, o. L. et ut v. d.*, vel *v. d. et;* Lamb. *et v. ut d.*

11 Revocavi lectionem antiquam mss. omnium et edd. usque ad Victorium. Quod quum sensum commodum non habere videretur, Manutius correxit *commorationis*, Gulielm. *demorationis*, ut propius abesset a mss.; illosque secuti sunt posteriores: planiori quidem sensu; sed nec alterum tamen repugnat; scilicet (quod praecipue notandum) ex Paeti sententia, se auctorem fuisse Ciceroni ut adesset gubernationi, directioni, administrationi urbanae, si minus opera, saltem consilio; sive custodiae, ut paullo post, exemplum afferens Catuli. Qua propter Cicero illi obiicit, ne sibi quidem tunc reipublicae regimen, moderationem, deserere placuisse, quum libera erat; at nunc secus, quum omnia in unius potestate sint. Quum au-

tem sic sensus non absurde constare posse videatur, quidni lectionem antiquam retineamus?

12 Scilicet urbanas. Mox *magnam partem*, pro magna ex parte; ep. CCXI, 3.

13 Quintum Catulum filium eius, qui cum C. Mario consul fuit. *Mihi narras*, ais ab reip. custodia numquam discessisse. Q. Catulus cos. A. V. C. DCLXXV, scilicet calamitosissimis temporibus, quae Sullae mortem consecuta sunt. Remp. contra collegam M. Lepidum constanter et strenue defendit. V. Pighium ad illum annum; Appian. Bell. civ. I, 105-7.

14 Supple cum his temporibus vel rebus, vel subaudi *nunc*, quod habet noster 15, quodque sane ita pervenuste opponitur τῷ *illa tempori*, ut recipere non dubitarem, nisi saepius huiusmodi locutiones abruptae occurrerent. Quid simile, inquit, nunc quum scilicet mutata sunt tempora? Porro *mi* pro *mihi*, ut vulgo, est in pluribus mss.

15 In forum saepe venio. *Manut.*

16 Caesarem, apud quem Paetus multum gratia valebat. Male aliqui ex ep. DCCXI ad M. Antonium referunt; nam illa epist. post, haec ante Caesaris mortem scripta videtur. Fortasse etiam intelligit alium quem Caesarianum, qui Ciceroni esset familiaris.

17 Idest inscribitur et nomen meum in senatus consultis, quasi ego scribendo affuerim. Vid. ad ep. CCXXIII, 3. Nihil ingeniosius ac verius hac Manutii correctione, quam olim Lambinus et nuper Schützius receperunt. Vulgatum *ponor ad scribendum* nihili est. Pro *Et quidem* vero nonnulli sive nostri sive alicrum libri vett. *Equidem.*

18 Supple *sciam* vel *audiam*. Peck. et Amb. 15 a prim. manu et alii duo a sec. *de ea re sciam esse factam.*

19 Caesar, quem senatus moribus in triennium praefece-

rat; Dio lib. XLIII, 25. *Manut.* Mss. plures *noster praefectus* sine pronomine; Amb. 15 *hic erit noster his praef. moribus probo auctoritatem tuam:* et quidem *probo* pro *parebo* est et in aliis mss.

20 Ad cenandum tecum. Partem pro toto, et fungos quidem prae aliis epulis ponit, quia fungorum fortasse maxime avidus erat, ut epp. DXIX et XCI, vel quibus maxime abundabat Paeti convivale apparatum.

21 Quem sumtum in singulos dies praescribit sumtuaria lex, eum in decem dies distribuam. Tulit eam legem Caesar post bellum Africanum; ep. DXCVIII. *Manut.* Alia est sumtuaria, quam meminit in ep. XCI. *Dies* ablegat Lambinus auctore Manutio, quod sit temere repetitum a glossatore. Esse quidem potest, nec inficior; at sic habent omnes mss.

22 Villam Selicianam prope Neapolim; ep. CDL. Aliqui *Sicilianam*, quod probat Corradus. *Sed tamen non abieci*, scil. consilium emendi; quam locutionis formam vide ad ep. CXCVII, 2.

CDLXXIV.

1 Solemne verbum et proprium de corporis positione veterum dum mensae assidebant. *Hora nona*, scil. tertia ante occasum solis, qua Romani veteres cenare solebant.

2 Hoc est, tabellis ligneis vel eboreis ceratis ipse stylo inciderat literas, quae dein ab amanuensi describerentur in charta munda, et sic denique mittendae ad quem opus erat: non quod ipsi codicilli vel tabulae mitterentur. *Codicilli* vero dicebantur quod breviores scripturas continerent a *codices*, sive *caudices*, qui sunt cortices arboris. Celeritatis gratia utebantur veteres huiusmodi tabellis pro atramento et charta, praecipue in itinere. Vid.

ep. CCIX init. Vide fusius in Indice, nec non Mazochium in Dypt. Quir. p. q. et Morcellium *Dello scrivere degli antichi Romani;* Martorellium de Theca calamaria I, c. 3. Exemplum ergo hic est ipsum σχεδίασμα. Msti plures et edd. vett. vitiose *literarum exempla;* scil. ab imperito librario, qui *harum* accepit pro compendio τυ *literarum.*

3 Atticus a dextra, Verrius a sinistra: locus honoratior erat medius, quem Cicero, vir consularis, merito obtinuit; secundus, superior, Attici; tertius, inferior, Verrii. *Manut.* De hoc situ accumbentium vide omnino nobilissimum fragmentum Sall. III Hist. et Ciaconium de Triclinio. *Cort.*

4 Vnus Amb. Rec. aliique cum Lamb. *severitatem;* alii *senectutem:* sed quod edimus, melius, et alludit ad dominationem Caesaris. Mox nostri omnes *quid ego faciam.*

5 Dionem; infra. *Manut.* Qui philosopho magistro uteris.

6 Lamb. aliique vett. *haud possem;* languidius, ut animadvertit I. V. Cler.; alii *aut posse me v.*

7 Eodem sensu quo ep. CXLVIII, 4 dixit: *quae* (praemia) *apud me minimum valent;* sed tamen locutio insolens. Hinc Manutius et Giussanius iocum et ambiguitatem in illud *minimum* agnoscunt. Epicurei atomos defendentes contendunt, *minimum* esse quod dividi nequit; id quod negant Academici. Ambb. aliique libri vett. *esset in c.*

8 De qua una re ζήτημα, hoc est quaestionem confecisti et Dioni proposuisti. *Ponere* sensu eodem quo *proponere* dicitur et de Orat. I, 22 med.; Tusc. I, 4.

9 Volumnii liberta et amica. *Manut. Accubuit*, quia meretrix; nam honestae mulieres sedebant. *Schönb.*

10 Ennii versus de Telamone, quos vide integros ad Tusc. III, 18. Nostrorum multi aliique *spectabant* vel *spectabam.*

11 Lamb. Graev. aliique pariter ex mstis *ne Aristippus*

quidem — erubuit; quod Ernestius praetulisset si stoicus memoraretur.

12 Quum ei exprobraretur. *Ei* adieci cum Lamb. ex nostro 15 et 14 a manu poster. Vulgo abest; quod etsi facile subauditur, nimis tamen durum.

13 *A Laide* omisit Lamb., fortasse ut melius consentiret graeco ἔχω, οὐκ ἔχομαι. Amb. 15 cum cod. Manut. *Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide.* Cur vero mox dicit *graece hoc melius* (exprimit), quum singulis graecis vocibus latinae respondeant? Nimirum quia verbum ἔχω aliam insuper significationem quamdam habebat apud Graecos, cuius obscoenitatem ut vitaret Cicero, latine transvertendam Paeto relinquebat.

14 Lamb. aliique *nedum senem;* utrumque e mss.; sed *nunc* abesse hic non potest, ut monuit Ernest., quia respondet τῷ *umquam.* Ceteroqui *ne* poni pro *nedum* ostendit Rivius ad Sallust., et est in Verr. V, 23.

15 Supple *venit*, ut integre est de Nat. Deor. I, 23 ad fin. Proverbium obscurae originis, quo significatur quicquid occurrit, quicquid casus fert, sive, ut alibi Cicero ipse, quicquid in buccam venit; non pro ratione, aut pro recta voluntate, sed inconsulto, casu, fortuito. Vide Varr. apud Nonium c. 9, n. 8. Codd. Ambb. aliique cum Lamb. *loquor aliquod* vel *aliquid quod in s.*

16 Amb. 15 *gemitus;* ceteri praeter unum 2 aliique libri vett. *et in r. m.;* quod iam Graevius et Ernest. sustulerunt. Fuerunt qui correxerunt *g. etiam*, quod iam subaudiri potest in ipsa particula *et.*

17 Noli me reprehendere, quasi tu melius agas, quum a risu et iucunditate ita non abhorreas, ut etiam in philosophum irriseris. *Manut.* Nostrorum duo cum Victor. aliisque *in philosophum. ir.* praepositione e verbo repetita.

18 Ex instituto Gorgiae, qui primus est ausus in conventu poscere quaestionem, idest iubere dicere qua de re quis vellet audire. De Fin. II, init. *Manut.* *Quid* pro *aliquid* frequenter usurpatur, et sic Ambb. plures: at codd. aliquot cum Graev. Verb. aliisque *quicquam.* Tum Schütz. de sententia Ernestii *et quum ille*, ut *dixeris* haberet a quo pendeat: praeter necessitatem, quum sensus iam satis constet.

19 Te a mane de cena cogitare, vel quaerere qualis futura esset cena, vel, ut explanat Graevius, ut te invitet ad cenam hora solita instituendam. Olim *a me:* ed. Med. Mentel. et nostri praeter unum *amoene*, non inepte, sed primum in vetustioribus codd. reperitur.

20 Hominem fatuum et stultum significat. Vid. P. Pithoei l. Advers. c. 8. *Graev.* Sic edidit Victorius ex probatissimis codd. Nostri omnes aliique *vero ;* quod literae *v* et *b* facile commutantur. Mox Amb. 15 aliique *num unum coelum.*

21 Scilicet de multitudine coelorum, quam defendunt Democritus et Epicurus, ut est in Acad.; de Fin. et Nat. Deor.

22 Ita nostri fere omnes cum Amstel. et Mentel., hoc sensu: cena non dicam *quid ad te attinet*, nam scio ad te multum pertinere. Vulgo inepte *numquid ad te.* Schützius e coniectura et supervacue *nimium quantum ad te.* Mox plures nostri aliique *tibi praes.*, sicque legi volebat Manutius. Sed vulgatum non repudiarim; nam sensus est: immo illa, scil. cena potissimum tua interest, immo ibi totus es: nimirum antithesis ad *quid ad te de numero coelorum.*

23 Scilicet sumtuariam; ep. sup. *Si ulla* etc. subiungit propter amissam remp. Supra loco *dein* malim cum Lamb. et nostris aliquot aliisque *deinde.*

24 Minime edacem, ut ep. CDLVII extr., ut monuit Manutius. Mox Ernestius e mss. plerisque omisit *sed*, quod etiam a nostris aliquot abest. At sane absque ista particula nimis est abrupta locutio.

CDLXXV.

1 Sic nostri omnes aliique mss. et edd. vett. Graevius e duobus delevit *meum*, quem secutus est Ernestius.

2 Ep. CDLXV.

3 Tres erant Ligarii fratres, quorum unus Quintus ad Pompeii castra transierat.

4 Sic mss. plerique et edd. tum vett., tum recentior. Aliqui *si quis*.

5 Hoc est die XXVII Novembris. Vt annus Romanus incuria vel malitia pontificum valde perturbatus, in eam formam quam nunc fere obtinet, componeretur, et Kalendae Ianuariae ordinatae recurrerent, necesse fuit, ut hoc anno, quo Caesar fastos correxit, dies multo plures, quam de more intercalarentur (ad ep. CLXXXI, 2). Itaque Caesar praeter mensem Merkedonium, qui ex Numae instituto inserebatur, duos alios menses inter Novembrem Decembremque inseruit, ita, ut ille annus quindecim haberet menses, idest 445 dies. Quare post Idus Novembres, is qui sequebatur decimus quartus dies, ita enunciandus fuit ut diceretur *XVIII Kal. intercalares priores*, et ita deinceps: itemque post Idus mensis intercalaris prioris, ille qui sequebatur dies, *XVIII Kal. intercalares posteriores*, opinor, enunciandus erat (Mazoch. in Amphit. Camp. p. 151). Nonnulli post Ios. Scaligerum de emend. Temp. II, aiunt Kal. intercalares priores esse diem primum mensis Merkedonii. At Merkedonius inserebatur in Februarium; et per men-

sem Februarium Romae Caesar non erat, sed in Africa, unde rediit die XXVI Iulii. *Anonymus apud Olivetum.* Gregorius Gyraldus de annis et mensibus una cum Kal. Rom. et Graecor. inter opera eius. Item Sibrandus Tetardus Sicama, Fastorum Kalendarium; item de vet. anno Rom. Romuli et Numae Pompilii. Caussis 1599, 4.° In cod. Amb. 12 correctum fuit a sec. manu *Kal. mensis interkalaris prioris;* alii item Ambb. aliorumque msti libri et excusi vett. *ad II Kal.*, alii *ad VI Kal.*

6 Abiectionem, demissionem, qua ex pristino statu ad supplicandum sum adductus. Nonnulli vero *illius* omittunt.

7 Aliqui olim *quae tempus tum postul.*

8 Olim vulgo *et multis.* Quum msti alterutrum habeant, Lamb. dederat *et ex multis.*

9 Id est veni in hanc opinionem. Dicitur ut *discedere in sententiam; Graev.* Aliqui olim *hac opinione discessi.*

CDLXXVI.

1 Ex gente Licinia, ut multis ostendit Spanhemius, de praest. et usu Num. Diss. X, p. 10. *Verburg.*

2 Ne ultra tibi esse liceret in Sicilia. *Manut.*

3 Cod. Zel. A, Lamb. aliique vett. *omnibus in rebus.*

4 Aliqui libri vett. *cum suessent.* Sed *consuessent* coniunctivo modo melius quam *consuescebant;* et *suesco* ignotum Ciceroni. Grut. *consuevissent.*

5 Amb. 3 cum Rec. *amicos.*

6 Ambb. duo cum Rec. *affirmare ratione.*

7 Sic edd. pr. et ipse Lamb., nisi quod pro *vel* dedit *seu.* At mss. quotquot exstant, et vulgo, quod probat Manut. *huic meae rogationi potius;* ubi aliquid intercidisse, aut vocem aliquam corruptam esse, facile perspexerunt viri docti. Graevius *huic meae rogationi protinus non respon-*

derunt; putans τὸ *continuo* explicationem esse τοῦ *protinus* a glossatore margini adscriptam, quae inde in contextum irrepsit. Bern. Rutilius *huic meae petitioni vel rogationi potius;* Schützius *huic meae rog. vel flagitationi potius.* Acuta est Graevii emendatio; sed cur lectionem veterem reiiciamus, non video: *actio* enim hic est abstractum praecedentis *egi;* et *actio* pro *petitio* alibi quoque in Cicerone ipso reperire est, quae vero minus est quam *rogatio;* ideoque hoc alterum adiicit. Ambb. duo *nunc continuo resp.*

8 Ambb. omnes aliique libri vett. *in Gallia.* Mox Lamb. aliique *praestituros.*

9 Ep. CDLXX. Ambb. duo cum Rec. et Lamb. *an ut ad rel.*

10 Ernestius ex coniectura emendavit, et Schütz. et I. V. Cler. receperunt *adiuvabit;* praeter necessitatem: Cicero enim hic loqui videtur ut de eo quod fieri solet, ut sit tempus indefinitum.

11 Restitutione tui in patriam; ep. CDLXX. Sic liber Graevii. Ambb. omnes aliique *re impetrata, aut, quod spero, aliqua.*

12 Amb. omnes aliique mss., unde Ernestius aliique receperunt, habent *Furfano*, ut et infra et inscriptione ep. seq. At alterum scribendum esse censent alii ex inscriptione vet. apud Vrsin. et Grut. Sed apparet tamen utrumque promiscue fuisse usitatum. Lamb. aliique legunt *Furfano Postumio.*

13 Aliqui Ambb. *quando;* Graevius et Verburg. perperam *quum:* quod si verum esset, inquit Ernestius, sequi deberet *placuerit.*

14 Ep. videl. quae sequitur.

CDLXXVII.

1 De quo ep. DVIII.

2 Sic Ambb. tres aliique mss.; melius certe quam vulgatum et insolens *ut non ullo cum h.*

3 Sic Ernest. post Lamb., libris vett. pluribus suffragantibus. Vulgo *necesse est.* Nec inepta est lectio totius loci, quam prae se ferunt Ambb. aliquot aliique *pluribus scribere, quam mihi* (Zel. A *quam quod mihi*, ed. Rom. *quando mihi*) *n. est: eius salutem et f. q. r. p. t. ut des*

CDLXXVIII.

3 Querelarum; sed alter ac ille quem vidimus ad ep. CDLXX, 2. *Redditus*, scilicet a filio meo; ibid. Libri vett. aliqui *traditus.*

2 Sic melius cum Lamb. Ernestio et Schützio libri Ambb. aliique. Vulgo *quum non tam* etc.; Oliv. *dum n. t.*

3 Idest praeter rem, immerito, vel, ut explanat Manutius, imprudentia nostra; quum hoc damnum vitare licuerit libro comprimendo. Schütz., praeeunte Mart.-Lag., correxit *inepto.*

4 Scilicet libri contra Caesarem scripti.

5 Qui stulte aliquid commisit, fama illi poena est, et stultus esse dicitur. *Manut.* In libris vett. nonnullis corrupte hoc scribitur, quorum minus vitiosum est ed. Rom. *quum emendatione scripturae litera tollatur.* Schützius *stultitiam fama multet*, ut ms. Graevii.

6 Improprie pro *punitur.* Hoc sibi vult Caecina, puto, errorem suae scripturae ita levem fuisse, ut levis est scriptura in codicillo, vel membrana, quae scriptura per stilum eradendo, vel per lituram facile tollitur: atque

eo modo esse puniendum, quo stultus punitur, scilicet fama, non autem exsilio.

7 Scil. Deae Victoriae, quam Romani finxerant et colebant.

8 Excusat culpam suam: nam quum *armatus adversario maledixerit,* idest dum contra eum militabat; id omnibus est commune, hosti quomodocumque obesse ac mala inferre. *Optarit* porro edimus cum recentioribus, ut consentiat sup. *fecerit*, pro vulgato *optaret.*

9 Quia vota non cogitat, quae in ipsum ab adversariis facta sunt. *Manut.* Ambb. omnes aliique *omnibus in rebus felix est.*

10 Hoc est qui saepe deos precati sunt, ut ipsum perderent. *Venerari Deos* frequens est, praesertim comicis, pro pecari. F. Vrsinus in libro msto se reperisse ait *Qui multa deos venerati, multa precati sint c. e. s.* Graev. Nemo ergo non suspicit, glossema esse, quod Mart.-Lag. incaute recepit. Libri vett. aliqui, ut cod. Rec. et ed. Rom., *v. sunt.* Supra vero aliqui olim *quum ignoscat omnibus.*

11 Non modo quod mihi temperaverim aliquantulum, sed quia etiam plane alius fuerim, dum pro more meo scribere non potuissem, sed exhorruissem. Sic fere Cortius. *Scripsi de te parce*, ne Caesar offenderetur. *Manut.* Amb. 7 cum Rec. *scripsi de te Caesar p.*; al. *scripsi de Caesare.*

12 *Incitatum* opponit eleganter *revocato:* est enim vehemens et ardens, quomodo equi *incitari* dicuntur. Sic Svet. Caes. c. 7: *Eum coniectores ad amplissimam spem incitaverunt.* Non autem potest esse scriptura *incitata*, ubi affectus saepe revocatur et retinetur, eique contrarium scribendum. *Elatum* genus dicendi est altum, in quod genio indulgentes quasi raptu quodam efferuntur: unde

vides quomodo illi cui ingenium suum timide refugit contra ponatur. *Cort.* *Solutum* est libere licere in adversarium invehi, eumque atro sale defricare. *Graev.* *Impeditum* vero est minus liberum.

13 Idest procacitatem, effrenem aliis obtrectandi, et acerbis dicteriis ac conviciis proscindendi libidinem. *Idem.*

14 Addidit Mart.-Lag. *fecerim*, quod sane latere videtur in corrupta cod. Dresd. 2 et Pal. 1 lectione *an nescio quam tumidi fidem.* Schütz.

15 Olim addebatur *beneficium*: quod iam Lamb. delevit, et merito; nam nec rei satis aptum est verbum; et, si esset, poneretur potius post *primum.* Vidit Ernest. Cod. Zel. A *sed inde beneficium.* Supra edd. vett. aliquae *quod praestare non poteram.*

16 Sic pervenuste primus correxit Victorius e mss. deformatum et ineptum vulgo *tum victum.* Mox infra Zel. A *et probabile.*

17 Non solum poenae metu, sed etiam etc. Vid. ad ep. DCCCXLIII, 4. Edd. vett. aliquae *Sed ipsius iudicii*, vel *iudicio.*

18 Quomodo animum affici atque angi meum putas, ubi haec secum ipse cogitat? Haec scilicet quae sequuntur usque ad illud *quid faciet.* Manut. Msti quidam apud Graev. et Verburg. *ut secum loquitur* vel loquetur, ut omnes fere Ambb.

19 Lamb. *quid si muto?* Msti aliquot *quid* vel *quod si hoc mitto* vel *omitto.*

20 Idem Lamb. *quum porro non offendam* etc. Sic legendum esse, inquit ipse, intelligent qui et attente legent et non erunt tardissimi. Hoc enim vult: Age, laudo aliquem (sic mecum cogito): num offendo Caesarem illius laudatione? Sed finge me non offendere: quid si non vult illum laudari? Fieri enim potest ut facto aliquo

aliquis non offendatur neque laedatur; id factum tamen non probet, aut id nolit. Sic fere Lamb. Alii aliter legunt, et explanant. Libri vett. aliquot, ut cod. Rec. edd. Rom. Grut., *ego vero l. aliquem non offendo;* Ambb. duo *eum porro off.* Mart.-Lag., quem sequitur Schütz. *Hunc porro off.* et supplet *quid si non vult Caesarem offendi?*

21 Respicit locum in Orat. c. 10: *Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum numquam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti — non parere nefas esse duxissem.* Schütz.

22 Msti plerique *facit;* quod aeque verum esse potest; nam sententia vera pariter est in genere; sed quod editur praeferunt fere omnes, ut Ciceronem praecipue respiciat: immo Lamb. et Schütz. ediderunt *tu facis.*

23 Exstat nimirum oratio pro Caecina. Mox *sentire,* quod suspectum iam fuit Ernestio, Schützius delevit. Gulielm. coniiciebat *sentis oportere.* Neque apud nos caret omnino suspicione: minus tamen dubitarem si esset *facere oport.*, quod mallem, ut prox. praec. *facis* videtur postulare. Sed animadvertendum est, hic non Ciceronem scripsisse.

24 Calumniator ea fingit quae vera non sunt. Itidem timor saepe falsa proponit, ut recte propter similitudinem, *calumnia timoris* dici possit. *Manut.* Conf. ep. CDXL, not. 14.

25 Hoc est scribere ad alieni sensus coniecturam, ita ut in tua scriptura alterius animus acquiescat. *Evadere* dixit tamquam ex difficultate, ut vidit Manutius.

26 Ep. CDLXXVI, 1. *Summa necessitas,* scilicet eundi in Asiam. *Vt imperasti feci,* morem tibi gessi, qui iter illud mihi dissuasisti.

27 Hoc est nimio amore mei, vel nimio impetu meam restitutionem conficiendi. *Graev.*

28 Mart.-Lag., quem sequitur Schütz., correxit *opus;* bene

quidem, sed praeter necessitatem Ambb. aliqui cum Rec. *onus omne p.*; unus *omnia perf.*

29 Sic cum Ernestio et Schützio fere omnes Ambb. Lamb. cum aliis *consuevisti.* Graevius aliique *consueris*; minus recte.

CDLXXIX.

1 Scilicet is in quo Caesarem laudavit eumque placare studuit. *Schütz.* Sed cur *custoditur diligentissime?* Scilicet, ut antequam evulgaretur perpenderent Caecina et Cicero num quid esset quod offendere denuo Caesarem posset, aut ab eo minus probari; ep. sup.

2 Sic malo cum Schützio pro vulgato *His*, quod in libris vett. facile cum *iis* permutatur; non enim ad praecedentia respicit, sed indefinite, ut paullo post *ea cogites.*

3 Et hoc, quod e duobus Ambb. 13 et 15 et Rec. depromsi, praetuli vulgato *prospiciam*, sensu postulante, quod in libris veteribus utrumque scribitur compendiose, nec rite distinctum. Illud confirmare videntur alii qui habent *respiciam.*

4 Ista calamitas exsilii (ep. sup. 1 et 2); nam in utramque partem *fortuna* saepissime accipitur.

5 Totus hic locus vulgo sic legitur *Quare ad eam spem quam extra ordinem de te ipso h. non solum propter d. et virt. tuam (haec enim o. etc.) a. tua pr. propt. ex ing. summ. virtutem.* Quem locum minime cohaerentem diversimode viri docti emendare conati sunt. Primum pro vulgato *extra ordinem,* quod nemo explicarit, Schützius post Schönb. ex Pal. 3, cui accedit Amb. 6 in quibus est *ex ordine*, correxit, ut nos edimus, *ex tuo ordine;* scil. equestri, nobili, ut ex illustri parte Italiae, Etruria (ep. CDLXX med.). I. V. Cler. *et virtutem* seclusit, su-

spectum ei fortasse ob infra seq.: sed quomodo sic *dignitatem* consentiet cum *ornamenta?* Porro pro *ipso h.* ut Steph. et Mart.-Lag., dedit idem Schütz. *ipsi h. non soli* (subaudiens, sed etiam alii ex eodem ordine tuo equestri), pro *non solum*, quod Lamb. delevit, quod constructionem perturbare videretur. Deinde Mart.-Lag. ad explendum sensum (*haec enim* —): *sed etiam propter* * * * *accedit*, nempe *spes*. Denique pro vulg. *virtutem* ex anteced. temere inculcato Gronov. *eruditionem*, Schütz. *eloquentiam* dederunt: sed multo acutius Lamb. et Ernest. nobiscum *doctrinam*, quod nimirum est in Zel. A. Ceterum non perpendunt fieri potuisse, ut Cicero in vitium inciderit inconsequentiae, a Graecis σολοικόφανες dictum, sive aliter ἀνακόλουθον a grammaticis, ut et alibi in Verrinis; quemadmodum et alii eximii auctores, ut bene animadvertit Manutius.

6 Caesar. Alias tamen semper dicit *is*, ut habet Amb. 15. Item alias *mehercule*.

7 Ea ipsa eloquentiae tuae facultate, qua delectatur. Mox Lamb. aliique *se v. putaret*. Violatum vero dicit propter librum illum criminosissimum, de quo ad ep. CDLXX, 2, not. 31.

8 Lamb. ex mss. Memmianis *eductus;* quod defendit Gebhardus, aliique posterr. receperunt. Mox Amb. duo *ita faciundum sit*.

CDLXXX.

1 Restitutionis meae in patriam. Vid. ep. CDLXIX.

2 Vt in patriam redirem.

3 Ep. proxime cit.

4 Quae interciderunt. Vide tamen Ciceronis ad Sulpicium ep. cit.

5 Forma haec loquendi Schützium offendit, ideoque audacter mutavit in *Reliquis urbis commodis ego* etc. Neque insolens est locutio, et est pro *eiusmodi sunt, ut his ego — carerem.*

6 Idem Schütz. post Lamb. *Itaque hoc e.* sublato *in*; quos bene refellunt Graevius et Cortius.

CDLXXXI.

1 Quem Caesar Galliae Cisalpinae praefecit; ep. CDLXX, 2.

2 Idest eorum quae ad familiam meam ad cognatos et necessarios pertineant. *Schütz.*

3 Integra; nam *sarcire* est integrum facere (conservare) Festo, p. 482; Livius XLII, c. 3: adde Brisson. VI de Form. p. 518. *Cort.*

4 Cisalpina, ubi patet Arpinates agros obtinuisse, ex quibus locatis vectigalia exigebant a colonis. Notum autem est, municipia etiam extra suum territorium possessiones habuisse. Vide Mazoch. in Amph. Camp.

5 Sic msti aliquot Ambb. et aliorum cum Lamb. Oliv. aliisque. Vulgo abest *eo*.

6 In aliis enim municipiis vel dictator creari solebat, ut Lanuvii (pro Mil.); vel consul, ut Tusculi; vel IIvir, ut Corfinii (Caes. Bell. civ. I, 23, 30); vel IVvir, ut Neapoli et Cumis (pro Cluent. 8); vel quaestor, ut Sidicini et Ferenti (Gell. X, 3); Spartianus in Hadriano. Per oppida Latina dictator, aedilis, duumvir fieri voluit. *Manut.*

7 Idem est, quod antea dicebat negotium municipii, nempe pecuniarum a colonis exigendarum. *Schütz.*

CDLXXXII.

1 Proxima superiore. *Schütz.*

2 Sic mss. et edd. plures. Lamb. et Schütz. *deminuam;* vulgo *comminuam,* quod male defendunt Victor. et Gebh. Mox eorumdem librorum auctoritate, sensu et forma postulante, adieci praepositionem *ad* contra Graev., quae vulgo abest, *sed ut hanc a.*

3 Anno V. C. DCCIII, quum Cicero proconsul provinciam illam administraret.

CDLXXXIII.

1 Ernestio hic Paetus idem cum Castrinio Paeto (ep. CCII extr.) videtur, alterque locus ex altero corrigendum. *Schütz.* Nulla tamen scripturae varietas in mss. Ambb., nisi quod alter *Castorinus,* alter *Castorius* habet.

2 *Honestus* ad generis et familiae nobilitatem; *gravis* ad aetatem et mores refertur, et probitatem, ut explanat Manutius.

3 Lamb. aliique vett. *et ut meum a. et ut tua d.*

CDLXXXIV.

1 Codd. aliqui, ut Ambb. et Rec., et edd. vett. cum Lamb. *Titione;* item infra *Titionem.*

2 Cod. Rec. *ornato viro.*

3 Scilicet ut Brutus Galliae praefectus (ep. CDLXXXI, 2) eam diiudicaret. *Schütz.* Supra pro *P.* Ambb. aliique *Pupilius* vel *Pupillus.*

4 Aliqui vett. ut Lamb. *quod;* minus recte.

CDLXXXV.

1 Graeciae a Caesare praefecto; ep. CDLXX, 2. *Corrad.*

2 Vid. epp. CCLXXXVIII et CCLXXXIX. Aliqui legunt *Marcus* diserte; alii sola initiali *M.*

3 Ep. CDXXXVII, not. 3. Antea vulgo *in f. veni;* quod tamen ad Tullium respiciens aeque congruit.

4 *Antea,* fortasse in reditu ex provincia Cilicia; *proxime* vero, discedenti post proelium Pharsalicum.

5 Lamb. Benedict. et Schütz. ex codd. Dresd. aliisque plur., quibus accedunt duo Ambb., *iam ipsum per se comm. p.*; quod ego non reiicerem si abesset *eum.*

6 Hoc est e correctione Lambini, quam plerique posterr. receperunt. Aliqui duram librorum vett. lectionem retinuerunt *quam max. postea commend.* Manutius coniiciebat *quam max. potest mea;* Schützius vero correxit *possit.* Libri vett. nonnulli, teste Lambino, *quam max. postea commendat. nostra cum. ac.* haud male: an vero genuina sit lectio, nemo asseverarit. Sic et Mentel. teste Graevio *q. m. praeterea commendationis c. a.*

7 Pro *aliqua.* Lamb. e correctione dedit *si qua.*

CDLXXXVI.

1 Lamb., cui favent noster 3 et Mentel., *quam si rog. — te ultro.* Plures alii mss. *qui si r.,* vel *quod si r.:* Amb. 15 *qui r.* Mox Schütz. coniicit *Attico respondisses tam liberaliter* (*quod tamen* etc.) de sententia Ernestii, cui vulgatum durum videbatur, nec bene consentire seqq. *ultro ad eum scr.*

2 Si enim mea causa fecisses, gratias ipse agere deberem: quum vero ipsius causa feceris, ad eum pertinere gra-

tiarum actio videtur. Quamquam ne ille quidem gratias debet agere: non enim ab eo rogatus, aut admonitus, sed ultro ipse, nec opinanti voluntatem ei tuam tantam per literas detulisti. Itaque gratiarum nulla aequare potest officium tuum.

3 Lamb. cum cod. Rec. aliisque *quem ego unice d.*

4 Sic idem Lamb. et Oliv. ex mss. et edd. vett., sicque forma requirit pro vulg. *quum mihi*, cui mox consentiret *liceat*, non *licet.*

5 Possessionibus, quas in Epiro habebat.

CDLXXXVII.

1 Al. olim *sed ea c. comm. ei est cum aliis compl.* Schütz. coni. *sed ea c. com. cum aliis compl.;* vel *sed ea* (scilicet necessitudo) *etiam cum aliis compl.* Lamb. *causa est etiam:* sic et alii vett. habent, sed pariter ex emendatione. *Causa* intellige hospitii: ita enim veteres loquebantur, ut *causa* simpliciter dicerent pro causa coniunctionis, amicitiae etc. Vide Hotom. ad Or. pro Quint. c. 15.

2 Caesaris. *Schütz.*

3 Scilicet Pompeianorum. Item *nostrisque praesidiis.*

4 Sic Amb. 14, Ment. et Graev. 2 aliique libri vett. Nostri ceteri vero cum aliis *summo st.* (vel *st. s.*) *cura peto;* Hittorp. et Pal. 6 *s. st. et c. peto;* Schütz. ex Asc. I cum nonnullis Corradi libris *s. st. summaque cura p.* Vulgo *omnia a te studia summa cura peto.*

5 Potest esse is Memmius, ad quem leguntur Ciceronis epistolae CXCVII, CCLIX et CCLX. Nam et praenomen idem est, et exsulavit uterque. *Manut.*

6 Amissa Romana civitate. Nam duarum civitatum civis esse nemo poterat; Nepos, Att. 3. *Idem.*

7 Olim vulgo *scripsisse de se putet.*

8 Nostri plures aliique *feceris.*

CDLXXXVIII.

1 Tironis, quem ex Cilicia decedens aegrum Patris reliquit; ep. CCLXXXV et seqq. *Manut.* Sed quum dicit *meorum*, ad plures referendum: et fortasse Tullia sub Asclaponis cura fuit, vel etiam alii e Ciceronis familia.

2 Repetitio particulae *ut* in vulg. *ut des op. ut int.* iam Ernestium offendit; ideoque delevit auctoritate ms. Gorl., eumque sequitur Schütz., quibus adstipulamur cum nostro 15.

CDLXXXIX.

1 Vid. ep. CCLIX.

2 Sic mss. omnes; quod Manutium tamen aliosque offendit; ideoque ille coniiciebat *diligentissimus*, quod recepit Lamb., et probarunt Graev., I. F. Gronov. et Ernest., quodque confirmare videtur unus Amb.; vel *diligens*, quod recepit Schütz. Ego vero minime arbitror mutandum, quum lectio vulgata non modo non absurdum, verum etiam elegantem ac varium efficit sensum, ut ostendit Victorius, et antithesin constituit antecedenti *dilexit:* nam quae officia quisque praestat, in eis diligendum se praebet sive amabilem, ut infra *diligeretur.*

3 Persecutionis Clodianae, qua in exsilium pulsus fui. Lamb. *molestiss. meis temp.* Idem supra cum aliis *tum etiam quod in me*, ut malebat Ernestius, sed mss. omnibus repugnantibus.

4 Bene suspicatus fuit Ernest., hoc esse invectum a glossatore. Schütz. omnino sustulit, ut et prox. praeced. *Hammonium.*

5 Scilicet modestum, timidum. Aliqui vett. *prudentem.*

CDXC.

1 Sic Amb. 12, sicque Lamb. aliique vett.; quod praetuli vulgato *tamen*, quia hic ineptum videtur.

2 Ernestius pro sua grammatica subtilitate putat legendum *commendarat;* Schützius vero pro suo reformandi studio avide recepit; quia sermo est de re praeterita: sane paedagogice, quum innumera sint eiusmodi exempla.

3 Quantum ei cui. Similis modus intendendi illi ep. XIV, 4: *tam enim sum amicus reip. quam qui maxime.* Cort.

CDXCI.

1 Sic recepi cum Vict. Lamb. ex quatuor Ambb., quibus accedunt duo Pall. Hittorp., pro vulgato *tuo;* quod si verum esset, verisimilius esset et consentaneum, illum libertum a patrono suo commendari, ut Servii tribulem et amicum, nec alienae commendationis egere, nec Ciceroni opus esset eo modo Cossinii familiam notam facere.

2 Ambb. tres, Rec. aliique codd. *Anchilaus;* unde Gulielm. coni. *Archilaus.*

3 Eodem statu gratiae; ep. CCXIII. *Corrad.* Mox vulgo *quo et est apud.* Sed recte copulam sustulerunt Bened. Schütz. aliique; quam nec plures Ambb. aliique libri vett. agnoscunt.

CDXCII.

1 Ita recte, latinitate postulante, correxit Ernestius; idemque est in edd. Med. et Rom. et mss. Guelf. 1 et 2. Vulgo *meminerim.* At iam corrigendo praeiverunt Lamb. alii-

que ex aliis mss. Supra vero *meo* post *officio* deest in aliq. mss.

2 Ep. CDLXXXVII. Mox Stewech. *ex literis tui cognovi.*

3 Sic Lamb. et Oliv. facile ex mss., quod recipere non dubitavi, dum habent et Ambb. fere omnes cum Rec. Vulgo abest, et simpliciter *tibi gr. ago*.

4 Odium in Lysonem ex suspicione, te ab eo laesum fuisse.

5 Intellige, *laudes tuas*. Ernest.

6 Sic ope mstorum emendavit Victorius. Alii libri vett. plerique tamen *iisque*, vel *isque*, ut ad Lysonem referatur.

7 Schütz. auctoritate unius cod. Asc. interiiecit copulam, nempe *officiis et liberalitate*, plane ut Lamb. Sed sine copula est etiam in ep. CDXCVI *gratissimo*, *iucundissimo*. Ego potius reciperem *liberaliter* ex tribus Ambb., nisi sine ea copula sexcenta exempla occurrerent, ut notat Manutius.

CDXCIII.

1 Sic scribendum esse monuit Vrsinus ex graeco Ἡγησάρατος; qui etiam volebat *Larisaeus* ex Λαρισαι unico σ ex vett. numism. Illud recipiunt recentiores: olim vulgo *Agesaretus*.

2 Quo sensu, vid. ep. CLXXXV, not. 3.

CDXCIV.

1 In Cilicia; ep. CCCII, CCCLXXIII et CDXXXVIII. Quae necessitudinis causa intersit inter procos. et quaestorem vid. epp. CCLXII et CDXXXVII, init.

2 Aliqui olim *et sua c.* Mox alii *lib. te esse f.*

3 Has duas voces *pond. hab.* ex vetustis codd. restituit Victor. et recepit Lamb., et nunc recentiores. Vulgo absunt: mss. nonnulli vero, ut duo Ambb. aliique, *magni tamen esse a te meas literas;* quod non tamen est inelegans; et ipsum abruptum vulgatum defendit Cortius et exemplis confirmat.

4 Lamb. aliique vett. ignorantia decepti emendarunt *Elide*. At hoc est nomen derivatum complectens regionem circa eam urbem Peloponnesi, solita nimirum forma graeca, ut *Eolide*, *Argolide*, *Tauride* etc. *Elis*, *Eli*, *Elim* alibi quoque occurrit, ut Plin. XVI, et ipso Cic. de Nat. Deor. II, ubi pariter *Eli* emendare voluerunt.

5 Sic. mss. cum edd. vett. aliquot. Alii malunt ubique *quum — tum*, quod iam inculcatur in hac ipsa epist. Sed utrumque usitatum variandae formae gratia.

6 Ambb. plures aliique mss. *perscripsimus*.

7 Rei quae in controversiam vocatur, moderatore. In partitionibus hoc verbum Cicero ipse interpretatur. Aut auscultator est modo, qui audit, aut disceptator, idest rei sententiaeque moderator. *Manut.* Ernest. *te* superfluum duxit, ideoque seclusit.

8 Sic melius Lamb. Ernest. aliique recentiores ex mss., quibus accedunt Ambb. plerique, quam vulgatum male sonans *quum cum*. Ambb. ceteri aliique *quoniam*.

9 Ernestius, quem sequuntur Schützius et I. V. Cler., correxit *posses*, et paullo post, praeeuntibus aliis, *arbitrabamur;* rati hoc requiri a *iuberent* et *sumsimus;* istud quoque paedagogice. Immo res est etiamnum de futuro.

CDXCV.

1 Iisdem verbis; ep. CDLXIX init.

2 Scilicet vos iurisconsulti (qualis erat Sulpicius) facere. *De eadem re alio modo* est formula iurisconsultis antiquis usitata in praescribendis actionibus, quum ostenderent eiusdem rei consequendae vias complures esse, et actiones varias posse institui. *Brissonius*. *Soletis* est e correctione Victorii ex vestigiis mstorum, quorum complures tum Ambb. tum alior. et edd. vett. id non agnoscunt, fortasse verius, quum facile subaudiatur. Alii etiam *vultis*.

3 Ep. CDLXXXIX. *Aemilii. Av.* ibidem.

4 Supple *scripsit* vel *dixit*. Mox *rem* abest in pluribus Ambb. aliisque, ita ut *familiarem* substantive accipiatur hoc sensu: se ita tractatum dicit, quam optime tractari potest quisquam praesens, et ut familiaris loco patroni sui absentis.

5 Servii Sulpicii filio; ep. CDLXI extr. Sic recipiunt recentiores cum Graev. ex msto Amstel. Nec displicet quod habent alii plures *iucundissime coniunctissimeque;* sed minime placet vulgatum *iucundissime, coniunctissime*.

CDXCVI.

1 Ep. CDLXIV.

2 Est in duobus Amb., uno quidem a manu post., et Rec. *Sunt*, quod revera necessario postulat seq. *studia*. Nec tamen ideo mutandum censeo; nam, ut nonnumquam fit, et Cicero scripsisse potest singulariter antequam sequentia menti occurrerent. Mox ed. Rom. *tum animi*

virtus, quod facile spurium dicatur; et *tum* pro *quum* etiam Schütz.

3 Philosophiae. *Manut.*

4 Sic mss. plerique cum Graev. Ern. et recentiores. Olim vulgo *duo sunt quae te n. r.*

5 Si cavendum erit, neminem in posterum, quod solvetur, pecuniam aut hereditatem, petiturum. *Amplius peti,* non modo ab ipso Mescinio, sed ab ullo quoque alio; quorum magis causa, quam ipsius litigatoris, satisdatio exigebatur: quod scilicet in controversiam venire poterat, hereditasne ad eum qui tum peteret pertineret, atque ideo ab aliis quaestionem reis movere, quasi minus recte solvissent non iusto (illegitimo) heredi. *Bern. Rutil.* Haec porro erat solemnis formula iurisconsultorum, ad quam etiam Cicero alludit in Bruto (c. 5): *At vero, inquam, tibi ego, Brute, non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine, cuius petitio sit, petiturum.* Graev.

6 Ac propterea L. Mescinii fratria; ep. CDXCIV.

7 Si Oppia putabit, sibi Romam esse veniendum, res eas quas clam distraxit, restituere cogemus.

8 Hoc recepimus cum Manutio, qui id in suis libris se reperisse testatur, et cum Graev. Verb. et Oliv. aliisque ex Pal. sext., quibus accedit Amb. 14. Ceteri *tibi promitto* non agnoscunt; aliqui *id illud in me r.;* alii plerique *id in meque recipio*, eiecta copula. Mox pro *collocaturum* unus Amb. *collaturum*, fortasse mendose, sed non inepte.

CDXCVII.

1 Novae hic epistolae initium esse, vulgo cum superiore coniunctae, acute sensit Manutius. *Schütz.* Vt in ceteris,

neque in Ambb. codd. ullum huius initii vestigium est; et vulgo etiamnum cum super. coniungitur.

2 Ed Rom. *non iura solum;* non inepte.

3 Auctoritate trium Ambb. Rec. et alior. cum Lamb. aliisque delevimus *ut* vulgati *ut his;* quod temere ac superflue inculcatum ab antec. facile quisque perspexerit.

CDXCVIII.

1 Est Siculum Manlii nomen, quod solum habuit antequam civitate donaretur. *Manut.* *Manlius* vero nomen est eius cuius beneficio Romanam civitatem adeptus fuit. Vid. ep. DIV.

2 Ex urbe Catina, nunc *Catania.* Fuit, scil. origine, sed esse desiit postea quam in municipium Neapolitanum adscriptus est. Civis enim duarum civitatum esse nemo potest. Sic fere idem Manutius.

3 Si ab hoc Tullii loco discedas, nusquam reperias decuriones Neapoli, aut hanc urbem, quae multis post Augustum saeculis Graecanica floruit, municipium audivisse: contra vero Graecos magistratus ubique scriptorum ac lapidum legere est, praesertim δημάρχους, φρατάρχους etc. Quin tironibus notum est, Hadriani Augusti aevo demarchatus dignitatem Neapoli viguisse ex Spartiano H. A. p. 174. Vide ibi Martorellium.

4 Significat populos ceteros Italiae praeter Latinos, ut observat Manutius ex Livio: *Socii latini nominis*, quos mox recenset, scil. *Latium omne cum Sabinis et Volscis et Aequis, et omni Campania et parte Vmbriae Etruriaeque* etc. Data eis porro civitas fuit A. V. C. DCLXIII lege a L. Iulio Caesare lata. Hac primum Latini populi, deinde etiam Italici omnes, ac propterea etiam Neapolitani civitate Rom. donati fuerunt. Quum ergo et Sosis

iam ante hanc legem civis Neapolitanus factus esset, civitatem Romanam cum ceteris Neapolitanis est adeptus. Hoc civitatis Romanae beneficio coloniarum et municipiorum, quae in Italia erant, aequata iura sunt, non ut legibus Rom. aeque uterentur (nam coloniarum dumtaxat Romanarum hoc fuit, municipia suis legibus atque institutis vivebant); sed ut aeque ius illud civium Romanorum, ferendi scil. suffragii, et adipiscendorum munerum obtinerent. Martorellius (Theca calam. p. 459) negat Neapolitanos adscivisse civitatem Romanam, idque multis probat argumentis, quae huc afferre non vacat.

5 Idest, iam possidet hereditatem; et generatim significat esse in possessione bonorum.

6 Cui Acilius praeerat proconsulari imperio, licet consulatum non gessisset. *Manut.* *Sua*, scil. patria. Schützius tacite dedit *tua*, quod nullibi reperio. Tum *quoniam* pro vulgato *quum* vel *quando*, recepi cum Oliveto et I. V. Cler. ut habent tres Ambb. cum Rec. Mox codd. plerique Ambb. aliique libri vett. non habent *et* post *fraternam*; ita ut, si iis fides est, verba *et hanc hereditatem frat.* non ad seq. *commendo*, sed ad praec. *habet* referenda videntur.

7 Sic, ut iam revocarat Ernestius ex edd. prr., habent plerique Ambb. Vulgo antea inepte *aberit*.

CDXCIX.

1 Cui primum Tulliam desponderat; ep. VIII extr.

2 Refertur ad superiora *honesto* et *ornato*; scil. illustris virtute sua et generis nobilitate. Ideo supra dixit *ambitione*, scil. non ut talis praeclari viri necessitudinem ostentaret. Vid. ep. DXIV, not. 7.

D.

1 Mss. duo apud Graev. cum Amb. 7 et Rec. *laudata.* Aliqui olim *tam lauta quam nobili.*

2 Scilicet M. Clodium Archagatum et C. Clodium Philonem. Horum cognomina Graeca sunt (erant enim Siculi), praenomina vero et nomina Romana. *Manut.* Vid. ep. CDXCVIII, not. 1.

3 Vt ostendam iis, quos tibi praecipue commendo, me apud te valere plurimum.

4 Lamb. aliique *hos homines.*

5 Abest *ut* in plurimis mss. Ambb. aliisque.

DI.

1 Equestris forsan; sed Manutius *conditionis* aut *sortis* interpretatur. *Cort.*

2 Coniunctiva forma hic in genere ac indefinite accipiendum est; sed e mox seq. *ut scripsi* et super. *utor* pariter hic videtur esse legendum, ut Amb. 3 cum aliis vett. Pro *scripsi* ed. Rom. *dixi.*

3 Sic legendum esse monuit Vrsinus ex vett. monum. Vulgo antea *Hilarius.*

DII.

1 Hoc adiecit praecipue, opinor, ut a Lysone Patrensi (ep. CDLXXXVIII) distingueretur. Nomen patrium ex Lilibaeo, promontorio et urbe Siciliae.

2 Hoc desideratur in aliquibus mss. apud Graevium: et sane abesse potest; nam facile subauditur.

DIII.

1 Quia pro illo Caesarem rogavi; ut ep. seq. *rogatu meo.*
2 In eos, quos Novocomum deductos in primo consulatu civitate donavit (ep. CXCVIII). Ii fuere quinque millia et Graeci maxime illustres quingenti. Philoxenus autem Graecus, quia Siculus (Sveton. Strabo). *Manut. Novum Comum* antiquitus *Comum* dictum fuit; colonia autem eo deducta, *Novocomum* appellari coepit; quod tamen ad breve tempus duravit. Ademta enim civitas Novocomensibus fuit (Sveton. in Iul. c. 28, Plutarch. in Caes.); quam etsi Caesare dictatore recuperaverint, eo tamen interfecto, eamdem rursus cum recenti appellatione amiserunt, et *Comum* et *Comenses* iterum vocati. Gruterus (LXXV, 6) FORTVNAE OBSEQVENTI ORDO COMENSIVM; et alia inscriptio inedita apud Labusium CAESARI ORDO COMENSIVM D. N. M. Q. E.
3 Lamb., ut cod. Vatic., *consecutus.* Hittorp. *hic secutus.*
4 Epp. CDXXXVI et CLXXX.

DIV.

1 Assumto scilicet praenomine et nomine Dolabellae. *Schütz.* Vid. ep. CDXCVIII, not. 1.
2 Aeneam in publico fixam. *Manut.*
3 Ne valeret. *Idem. Iussisset* autem intellige Caesar.
4 Hittorp. et Pal. sext. *Demetrio gravaretur.*

DV.

1 Aliqui olim, ut aliquot Ambb. aliique, *Calatinum,* sicut et in Verr. II; male, ut docet Cluver. de Sicil. Antiq.

l. II, c. 3, quum sit e Calacta Siciliae oppido prope Halesam.

2 A republica Calactinorum occupata sunt; sed non eius nomine tenentur, verum alterius cuiusdam privati. *Ernest.* *Alieno nomine*, cui debebat Hippias. *Cort.* Quod alius, cui bona fortassis locaverat sua, non ipse, fuerit aere obrutus alieno. *Func.*

DVI.

1 Ambb., quatuor aliique libri vett. hic et infra *Brutus.* Videtur autem Siculus esse, quum ibi domum haberet, et Ciceronis amicitiam iniisse dum hic in Sicilia quaestor erat.

2 Praetore Sexto Paeduceo, ut vult Pedianus.

DVII.

1 Cod. Pal. 6, Hittorp. apud Graev. et Dresd. 3 apud Schütz. *in qua.*

2 Non satis haec consentire videntur Ernestio, quum alibi dicat: *omni officio ac pietate;* et quum *officium* sit genus; *diligentia* modus.

DVIII.

1 Isaurico, qui Asiae praeerat; ep. CDLXII. Quum esset vir consularis, nescio cur inscribatur vulgo *Propr.*, quod tamen in Ambb. omnibus cum Rec. abest: fortasse quia praetor fuit, Pompeio consule. Manut. vero *Procos.* Idem creditur esse Ciceronis in auguratu collega, ut inscribitur in epp. seqq.

2 Ambb. 2 cum ed. Rom. *nostrae.*

3 Exsulabat nimirum, ut diximus ad epp. CDLXX et CDLXXVIII.

4 Lamb. aliique vett. *debeat.*

5 Quum scilicet Caesari de salute Caecinae, idest de reditu in urbem, supplicatum est, nec tamen impetratum. *Manut.*

6 Caesaris (ep. CDLXII), qui secundum consulatum cum Servilio gessit. *Idem.*

7 Hoc praetulimus cum Lamb. aliisque auctoritate quat. Ambb. et Rec. vulgato *quum*, quod in hac forma cum indicativo *duxit*, latinitas non fert, ut saepe ostendimus.

8 Asiam; supra not. 1. Ernestius male Siciliam exponit.

9 Sic bene optimi codd. Graevius defendit *reliquis*, quem sequitur Ernestius. Ambb. duo cum Rec. *etiam in rel.*

DIX.

1 Tres iurisdictiones, scil. Laodicaeam, Cibyram, Apameam. Vide fusius ad ep. CCL, not. 8. Mox Schütz. ex codd. Lips. et Dresd. 4 *attr. esse.*

2 Sic praefero cum Graev. et Oliv. ex plerisque Ambb. aliorumque. Vulgo *Non te enim.*

3 Idest quam pauci. Est enim dictum cum ironia. *Manut.* Lamb. et cod. Hittorp. *quam non m.*

4 Multi ex mss. *et ut tu i.* Sed quum sufficiat praec. *ut*, hic superabundat, et insititium puto.

DX.

1 Codd. Ambb. duo aliique *Michres*, vel *Michares.*

2 Ambb. fere omnes aliique libri vett. *Postumii.*

3 Sic mss. omnes, pro *vulgariter*. Enallage non infrequens, ut Div. 2: *eaque scuta sublime fixa, sunt humi inventa.*

Sveton. in Tib. c. 1: *Romam recens conditam cum magna clientum caterva commigravit.* Tamen Victor. Lamb. Graev. et recentiores ex vitiatis exemplaribus *vulgariter* inconsiderate receperunt. Mox Stewech. *sed pro h. int.* sine *ut.*

4 Si nomen est patrium, est scil. ex Colophone Asiae minoris urbe. At forte nomen proprium.

5 Mallem *ei*, ut Lamb. aliique vett., si auctoritas faveret.

6 In petendo; ut ep. DCXX. *Manut.* Scil. molestus.

7 Alias tamen semper in *fidem tuam*, ut ep. sup. et ut Lamb. coniiciebat.

DXI

1 Hoc est, vulgares homines etiam commendo et sine delectu. *Tribuo* subaudi commendationem.

2 Sic mss. fere omnes; sed mallem sine praep. *in*, aut *ut hoc t.* ut multi olim, et ex recentioribus Oliv. receperunt.

3 Ille forsan ad quem paullo post ep. DXIV.

4 Propria laus in servo. *Manut.* Nam interdum significat *utilis*. Vide Indicem.

5 Eius commoda promovere studueris. *Func.*

DXII.

1 Sic melius mss. plures; alii *quoniam;* vulgo *quum.*

2 Exsilii mei. *Manut.*

3 Sic Ambb. omnes aliique plures. Vulgo post Victor. et Grut. ex Medicaeo, *usu;* quod etsi, iudice ipso Cic., melius sit, ut notat Ernestius; quis ignorat, et illum subinde consuetudini se accommodare?

DXIII.

1 Hanc a Cicerone sene amatam criminatur. Q. Fufius Calenus (apud Dionem l. XLVI). Nec Quintil. (VI, 4) et Ausonius (in Centone nuptiali) negant. *Corrad.* Atqui apud Quintil. nihil invenies de hac Ciceronis cum Caerellia libidinosa consuetudine; et literae ad Caerelliam, quas memorat Ausonius, Apuleii sunt, non Ciceronis. *Mongalt.* De Dione conf. ep. DLXIII; ad Att. ep. DCXIII, 6: *Mirifice Caerellia, studio videlicet philosophiae flagrans, describit a tuis* (libris): *istos ipsos de Finibus habet.* Vide et ep. DLXXXI, 4.

2 Pecunias Caerelliae debitas; ep. DLXXXI.

3 Amb. 14 *necessitudine.* Infra pro *officiis* ed. Rom. *beneficiis.*

4 Senatum privatorum etiam negotiis se immiscuisse iam vidimus ep. CCL, 8. Mox Ambb. tres cum Rec. et Zel. B *commendandi causa.*

5 Scil. senatorii, ut patet ex *senatus consulto.*

6 Ambb. duo cum Hittorp. et Pal. 6 *benefeceris.*

DXIV.

1 Tranquillitatem mentis. Vid. ep. CDXXXII, not. 8. Sic tres Ambb. et Rec. aliique libri vett. et ipse Lamb. Vulgatam constructionem *ad aeq. te animi possit postea ext.* ut adfectatam repudiavi.

2 Hoc est, caritas in te mea et amor me plura praestare coëgit, quam status hic meus, et gratia nunc immutata pateretur.

3 Idest Caesare excepto, ut ep. CXLVIII, 4 circa fin.

4 Per Caesaris familiares, non per se Cicero egit. Si au-

tem per se apud Caesarem egisset, visus esset Caesaris causae adhaerere, et tempori servire. Alii *pro me;* quod Ernestio iudice ineptum est. Al. paullo post *temp. causae.*

5 Ep. DCCCXXXIII. Mox aliqui olim *valet.*

6 Sic esse scribendum ex Plut. et Appiano, qui Τίλλιος habent, viderunt Graevius et Ernestius. Ambb. fere omnes aliique mss. et edd. vett. *Tullius;* alii mendosius *illius*, ut Ambb. 3 et 7, Zel. A et Graevii liber; 15 *tu illius.*

7 *Ambitiosae rogationes* sunt quum quis aliquid a potentiore petit, ut gratiosum se ostendat; *necessariae*, quae fiunt pro amico intima necessitudine coniuncto. Consule ep. DXXVII et pro Ligario c. 2. *Schütz.* Vide ad ep. CDXCIX. Msti aliqui *valent etiam*, unde, credo, Schütz. *valent enim;* quod et ego anteferrem si auctoritas adnueret idonea. Mox *quas*, scil. rogationes necessarias; ex quo loco inferre licet, Tillium fuisse Ampii affinem. Sic vero habent libri vett. optimi. Vulgo *quam*, quod defendunt Gebhard. et Cellar. ad unam solummodo speciem rogationum referentes, et alterum improbant. Amb. 7 *quod.*

8 Hoc est documentum scriptum, sive, ut nunc loquimur, salvus conductus, quo reditus Balbi concedebatur. Sic in genere dicebatur quo itineris faciendi potestas concedebatur, ut ep. CCCLXXXIII, 5.

9 Sic ex mss. Graevius restituit, et sic habet noster 13 cum Rec.; ceteri cum aliis *quam*, vel *et quam:* quod latinius dictum affirmant aliqui, probatque Cortius ex illo Sallustii loco (Catil. 55): *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Revera cum et alia exstent huiusmodi exempla concordantiae cum subsequente, nulla habita ratione antecedentis, difficile est, utrum sit ve-

rum, diudicare. Nos interim illud recipimus ad perspicuitatem, quum et *veniam* praecedat.

10 Bellum civile scilicet, ex quo potentes sunt facti; vidit Corradus. Aliqui olim *accidisse.*

11 Nostri quatuor cum Rec. *gratus;* ed. Rom. *P. m. gratus;* Peck. *gravis q. h.*

12 Impetraturum, consecuturum. Graevii liber *ablecturum;* noster 14 *allaturum.*

13 Vxoris. *Manut.* Tum *Ampiae*, filiae, aut sororis. Mulieres gentis nomine appellabantur, ut diximus ad ep. CCLVI extr. Nostri omnes aliique vitiose *Apuliae,* praeter unum, qui cum aliis habet *Apuleiae*, ut ex suo libro Ernestius.

14 Idem Ernest. ex coniectura Lambini addidit *oportere* cum nota, Schützius vero tacite; I. V. Cler. pro suspecto et incerto recepit. Sed hoc facile subauditur. Propius tamen corrigerem *perscribenda;* immo Graevii mss. *perscripsi* absolute; verum ita otiosum esset super. *putavi.* Supra vero Gulielm. ingeniose coniicit *magnopere e re putavi.*

15 Sic e mss. Lamb. Graev. et Oliv. Vulgo *exploratae*, vel ut aliqui vett. *explorate*, unde Gulielm. coni. *explorato.*

16 Nostri omnes aliique *nisi eam;* Lamb. *nisi eius quam*, quod *sperare spem* durum existimaret.

17 Nisi tantum salutem eam, quae sperari potest quum plane motus hi civilis belli sedati fuerint. *Ardor* venuste dicit, quod alibi dixit *incendium*, scil. quasi reliquiae incendii, quia studia et irae partium etiamtum fervebant. Ambb. duo, Rec. et edd. olim *extinctus.*

18 Tribunatus incidit in tempora coniurationis Catilinariae A. V. C. DCXC; praetura autem, ut videtur, quum coss. Piso et Gabinius, et tribunus pl. Clodius A. V. C. DCXCV omnia in re publ. miscebant.

19 Edidi prout habent Ambb. fere omnes aliique codd. plures, et explano: ut esses non solum uti victor, beatus; sed etiam ut victus, si ita accidisset, sapiens. Schütz. correxit *ut si victor; sed etiam, si ita accidisset, victus ut sapiens esses;* Mart.-Lag. *victus et sapiens ut esses.* Lamb. et Oliv. prius *ut* deleverunt, Ernest. et I. V. Cler. posterius: ego vero utrumque *ut* abesse malim; nam perfacile subauditur; et paullo ante *uti* ad verbum, non ad *victor* pertinere arbitror. Alii mss. et olim vulgo *victus et sapiens.*

20 Videtur hic Ampius Balbus opus confecisse de gestis virorum illustrium, et quidem de ipso Caesare scripsisse, si modo est T. Ampius, de quo Svetonius in Caes.; quod opus tamen non exstat.

21 Ambb. tres cum Rec. *consimilem;* aliqui olim simpliciter *similem.*

22 Quae communia sunt (nempe remp. amissam), quando illa propria iam effugisti. *Manut.* Sive ad ea quae etiamnum impendent.

DXV.

1 Ciceronis familiari, qui perierat: eodem sensu quo ep. CDLX.

2 Subaudi, soliciti simus, vel quid simile.

3 In eum veniendum sit, et dicenda sententia, nec ne. *Ernest.*

4 Subintellige uxorem (ep. CCCLXXI). *Manut.* Aliqui olim *supplicem.*

5 Scilicet, ut de uxore a me ducenda cum Caesonio loqueretur. Nam dimiserat Terentiam tum. Eo pertinet etiam alterum de Pompeii filia. *Ernest. Alteram* vero nemo novit.

6 Olim *nihil enim*. v.; quod Graevius post Victorium, ex antiquis libris delevit.

7 Febricula eiusdem condoleo. Vid. ep. CDLIII, 5.

DXVI.

1 De Publiliae matrimonio, quam sexagenarius virginem duxit, dimissa Terentia, quia rem domesticam, ipso absente, negligenter administraverat; praeter alias causas, quae commemorantur a Plutarcho, (Cic. p. 881), Quintil. VI, c. 3. Quum Cicero obiurgaretur, quod virginem iam senex duxisset, respondisse ait: *Cras erit mulier.* Sed et hanc ab eo dimissam, Plutarchus et Dio tradiderunt. *Manut.* Lamb., quem imitatur Schütz. *bene ac feliciter:* melius certe et magis euphonicum; sed nulla necessitate neque auctoritate suadente mutarunt.

2 Sic multi Ambb. aliique plures mss. et edd. vett.; et alterum hoc membrum ita priori: *si dignitas est—bonis viris probare, quod sentias* respondet, ita perspicuam efficit apud animum meum sententiam, ut etiam contra Ernestium hoc non dubitaverim recipere cum Lamb. Mart.-Lag. et Lallem. Vulgo. *sin dignitas est, quod sentias, aut re efficere possis.* Graevius vero tantum abest, ut cum Ernestio fecerit (quod hic affirmat), ut *si* et *possis* delere voluerit.

3 Mart.-Lag. aliique *relictum;* sed vulgatum melius, et auctoritati nititur.

4 Civili, vel Africano, sive Alexandrino; ep. CDV, 2.

5 Caedem Pompeiani minabantur (ep. CCCXCVIII, 1), Caesar servitutem.

6 Sive bellandi, ut vult Manutius (ep. CCCLXV); sive diripiendi fortunas Caesarianorum (ep. CCCXCVIII, 3), ut melius exponit Corrad. *Iratorum,* vid. ep. CCCXXXIV, 1.

7 Epp. CDLXI et CCCLXVI, 1. Aliqui *providentem.*

8 Ex castris Pompeianis. *Corrad.*

9 A Terentia male administratas.

10 In fortunis uxorem accusat, et fortasse etiam Dolabellam; in salute Quintos fratrem et filium. Conf. epp. CCCXCVI, CDII, CDIV et seqq. et CDXXVI.

11 Ducta uxore Publilia.

12 Sic Ambb. aliique plures codd. et edd. vett. Vulgo abest *vel.*

13 Singulare, peculiare; ep. CCCXCI, not. 6. Exsulat *idest* a duobus Ambb.

14 Caesarianos. *Manut.*

15 Ambb. omnes aliique *quis sim.*

16 Gulielm. e vestigiis cod. Stewech. *rei familiari ac. s.*

NOTE ALLE LETTERE

CONTENUTE

IN QUESTO VOLUME

CCCLXXXVI.

1 Per la lettera antecedente noi vediamo che Cicerone si pose in mare onde andare in Grecia il giorno 11 giugno, e non tornò in Italia se non verso il fine d'ottobre, ovvero al principio di novembre dell'anno vegnente; la qual cosa noi conosciamo leggendo la lettera CCCXIV. Or noi non abbiamo altro che quattro lettere di Cicerone ad Attico in tutto quel lungo tratto, e dal contesto di quelle non pare che altre ne scrivesse; vediamo di più in questa che gli era un gran pezzo che non gli scrivea: *serius ad te scribo:* un silenzio così lungo in momenti cotanto difficili, è cosa degna d'essere notata, e non vorrem pensare che fosse casuale.

2 Correa tra l'*epistola* ed il *libellus* quel divario che vediam noi essere fra una lettera e un viglietto. Il *libellus* era una lettera corta piegata in un modo particolare, dettata con uno stile più famigliare che mai, e non vestita d'alcuna formola cerimoniosa. Chiamavasi per l'ordinario *libellus* un viglietto amoroso. *In hoc libello obsignato attuli gaudia multa* (Plauto); ed in Petronio abbiamo *libellus venerius.* Usossi altresì di chiamare *libellus* una lettera partita in articoli a modo di scrittura giudiziale, ond'è venuto il termine forense di *libello* alle scritture delle parti litiganti.

3 Cotesti due milioni e dugentomila sesterzi, equivalenti a un di presso a dugentomila lire, che Cicerone avea lasciati in Asia, erano una parte della paga riscossa da lui come governatore. Or se Tullio galantuomo, discreto, umano, nemico dichiarato d'ogni guadagno che venisse per via di concussione

e di prepotenza, se un cotal proconsole potè trarsi in mano in un sol anno onestamente sì fatta somma, che cosa vogliam credere che ammassassero gli Appii, i Metelli, per non dire parola dei Verre e loro pari, che n'avea Roma in buon dato per contristamento del mondo romano? Quanto alla moneta chiamato cistoforo, vedi quello che s'è detto nelle note alla lettera XXXII.

4 Intorno al carattere di Filotimo vedi le lettere CCLXVIII, CCLXIX e CCLXXXII, dove si conosce che nè Attico nè Cicerone poteano soffrire quel liberto di Terenzia; ma essa a dispetto loro commise a lui sempre l'amministrazione di tutto il fatto proprio.

CCCLXXXVII.

1 Colui che venía chiamato erede, dovea entro un dato termine adire l'eredità con una dichiarazione di cui queste eran le parole: *Quum me N. heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* Avendo adunque Attico fatto sapere a Cicerone che un qualcheduno l'aveva istituito erede, egli risponde che nel dì medesimo che avea ricevuto quella nuova avea adíto l'eredità.

2 Tullia era stata ripudiata da Crassípede nel tempo che Cicerone stava al governo della Cilicia. Una moglie ripudiata avea diritto di riavere la propria dote, ma il marito non avea dovere di renderla tutta a un tratto se non nel caso che ciò fosse stato stipulato nelle scritte nuziali. Crassipede avea restituita una parte della dote di Tullia, e da quella somma Terenzia avea levato i sessantamila sesterzi de' quali Tullio ragiona; o forse essa li levò dalla somma che Cicerone avea destinato onde pagare la dote a Dolabella secondo marito di Tullia. Il Manuzio ha preteso che quella grama cui Cicerone compiagne con quelle tenerissime parole sia Terenzia e non Tullia; ma dove ha mai potuto egli trovare che Tullio amasse svisceratamente la moglie? e come non s'è invece avveduto per le lettere CCCXCI, CCCXCII, e poi per le CDXII, CDXXI CDXIII, che della figlia egli parla, della sua Tulliola, la quale fu sempre tutta la sua tenerez-

za; laddove della moglie ebbe a dolersi pur assai volte, massime per cagione del liberto Filotimo, e tanto essa ributtò il buon marito, che alfine la dovette ripudiare?

3 I cagnotti di Cesare, fattisi signori dispotici in Roma, proposero che fosse incamerata la casa che Cicerone avea sul monte Palatino, per punirlo dell'essere andato ad accostarsi a Pompeo.

4 Le parole *vestimenta* e *vestis* erano alcune volte pigliate a significare stoffe, lingerie e masserizie; in questo luogo vuolsi intendere il bisogno degli schiavi che Cicerone aveva con sè.

CCCLXXXVIII.

1 Per intendere questa lettera è a sapersi che mentre Cesare stava a Farsaglia combattendo contro Pompeo, Celio, il quale era pretore a Roma, si diportò male; i debiti e la gelosia che gli dava Trebonio, altro pretore avuto in miglior conto di lui, gli fecero fare assai passi torti: onde gliene venne addosso pubblico biasimo e mala voce, di che egli piccato si mostra pentito d'essersi accostato a Cesare e non anzi a Pompeo, ed accagiona il suo viaggio di Spagna, e anche Cicerone, che nol dissuase dal seguitar la causa de' Cesariani.

2 Plutarco ne dice che Cicerone avea una villa a Formiano, e fu di colà, ch' egli partì per andare ad accostarsi a Pompeo nella Grecia; nel mentre che Celio invece seguitò Cesare che andava nelle Spagne a combattere Afranio e Petreio.

3 Non si può capire come quel gran latinista di Manuzio, quel tanto ingegnoso perscrutatore de' sensi più reconditi de' Classici, abbia veduto oscuro e non punto intelligibile questo passo, dove riesce anzi piano affatto solo che un ponga mente alla situazione di Celio. Mentre egli stava esitante se ad una ovvero all'altra dovesse accostarsi delle due parti, lo ributtò da quella de' Pompeiani il vedere fra loro Appio Claudio, di cui fu sempre nemico; e viceversa lo allettò a seguitar quella di Cesare, il considerare che quivi stava il suo amico Curione. Le storie delle guerre civili son piene zeppe di casi somiglianti. Noterò per corollario che questa spiegazione si confà molto col pensiero che ha Celio di gratificarsi Tul-

lio, onde lo abbia scusato dell'aver seguito quella parte che era riprovata dagli ottimati; e non potea certo rammentargli cosa più cara che quella d'essere amico del giovine Curione, il quale fu discepolo di Tullio e da lui molto amato, e d'essere a un tempo nemico dichiarato d'Appio Claudio, col quale Cicerone non ebbe buon sangue mai, come abbiamo veduto per le lettere antecedenti.

4 Fra quegli *hos* ch'egli odiava tanto da voler anzi morire che più vederli, v'era probabilmente il pretore Trebonio, il quale, come s'è detto, gli dava guerra, od almeno ombra; v'era forse anche il consolo Servilio. Que' due eran molto cari a Cesare, e quindi forse gli odiava Celio da rivale.

5 Vedemmo nelle lettere del tomo antecedente come Pompeo prima di uscire d'Italia pubblicò che avrebbe considerato e trattato come nemici di Roma tutti coloro che non lo avessero seguitato; quel superbo e duro decreto nocque alla causa della Repubblica più assai che non le giovò; eccone qui un esempio: *Quod si timor vestrae crudelitatis non esset, iam pridem hinc eiecti essemus.* Così non facea il magnanimo e destro suo rivale: egli lasciava sempre aperto il passo a chi volesse e andare e tornare a lui.

6 I feneratori non poteano amare gli spiantati della parte di Cesare, i quali niuna cosa tanto bramavano quanto d'intorbidar ben bene la cosa pubblica per potere *evertere tabulas* e mandare in fumo tutti i crediti de' capitalisti. A spiegare questo passo alcuni hanno detto che gli usurai tennero la parte di Cesare sperando impunità; il motivo è fiacco: noi diremo piuttosto che il povero Celio, accecato dall'ira che ha preso contro molti Cesariani, dice una di quelle minchionerie che l'ira fa dire sovente; oppure noteremo che Celio non dice in generale degli usurai, ma si *praeter paucos*, que' tali forse che avean prestato a qualchedumo della parte di Cesare, e che non poteano sperare d'essere rimborsati se l'altra venisse a trionfare. Del resto questa lettera ha molti passi non ben chiari, e bisogna intenderla a discrezione.

CCCLXXXIX.

1 S'è tante volte nelle note anteriori parlato di Dolabella, che riesce quasi superfluo il ripetere, P. Cornelio Dolabella esser desso quel tale che sposò Tullia dopo che l'ebbe ripudiata Crassipede: aggiugnerem qui che la sua casa era un ramo dell'illustre casato de' Cornelii, che fece anch'esso divorzio dalla moglie; che era tutta cosa di Cesare; che, lui morto, s'accostò alla parte d'Antonio, e che morì suicida.

2 Non v'è parola nelle storie che ne dica di qual casa fosse Terenzia; questo solo sappiamo, che l'era ricca assai e che non potè essere uscita altro che d'un'illustre famiglia, dacchè avea una sorella vestale. Sappiamo da Plinio ch'ella visse cento otto anni. Cicerone la ripudiò, e tolse in sua vece Publilia.

3 I parenti e gli amici di Cicerone gli tempestavano da tutte bande che abbandonasse la parte di Pompeo. Abbiam veduto nel tomo antecedente la bella e tenerissima lettera di Celio (la CCCLXVII), come pure quelle d'Antonio, d'Oppio, di Balbo, e perfino di Cesare.

4 L'esercito che Pompeo avea nelle Spagne, floridissimo che era, potea solo fare testa a Cesare dove il suo imperatore non lo avesse abbandonato; di qui viene che Svetonio fa dire a Cesare al suo partire alla volta di Spagna: « Vo a « combattere un esercito senza comandante, e tornerò ap- « presso a combattere un comandante senza esercito. »

5 Pompeo stava allora bloccato a Petra presso Durazzo (De Bell. civ. lib. III).

CCCXCI.

1 Cadeva in quel dì la seconda rata del pagamento dotale dovuto da Cicerone a Dolabella; e perchè quel suo genero stava colla parte nemica, Cicerone, prima di lasciarsi uscire di mano una grossa somma, volea stare a vedere a qual fine uscissero le cose della guerra; ed era poi anche poco inclinato a fare quel pagamento, perchè avendo udito certi

mali trattamenti usati a Tullia dal marito, ideava di farle fare divorzio, e da questo partito ristava solo tanto da veder l'esito della battaglia che doveva nascere tra Cesare e Pompeo, e che vedevasi imminente. Quanto a un tal pensiero formato da un padre che era uomo giusto, comunque possa parere strano, è affatto probabile considerando la natura corrotta di quel secolo. Leggiamo in una lettera di Celio a Cicerone (CCXLIII) *Paulla Valeria, soror Triarii, divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit.* Non dee dunque far caso se Cicerone volea far far divorzio alla figliuola, avendone buona cagione.

2 Cicerone non vide Attico più dal punto in cui lo lasciò a Roma per seguitare Pompeo, e gli cuoceva d'aver fatto quel passo senza averne prima ragionato a quattr'occhi coll'amico, dettegli le sue ragioni, eruditine i suoi pensamenti. Avrebbe così anche pigliato conoscenza delle cose economiche di sua famiglia, le quali egli ignorava quasi perfettamente, come accade quasi sempre agli uomini che son dati alle lettere, ovvero agli affari pubblici.

CCCXCII.

1 Quel podere posto a Frosinone gli era caro assai; acconsentì che a pagar certi debiti urgenti fosse venduto, ma si con patto di poterlo ricoverare; e vediamo nella lettera CDVIII ch'egli tocca questo punto del riavere il detto fondo. Frusino era una città antica de' Volsci, posta sulla via latina. Del resto se Cicerone mostrò d'aver tanto affetto per quella villa, e di venire di male gambe al venderla, se pregò Attico più volte che volesse del suo sovvenire ai bisogni della famiglia; perchè mai quell'amico, che nuotava nell'oro, non pose fuori qualcosetta del suo onde risparmiare a Tullio l'amarezza del perdere il suo Frosinone? Che razza d'amico era mai quel Pomponio? Ma, dicono i suoi apologisti, tenea la mano stretta co' suoi amici, e il facea per costringerli ad aver occhio a' fatti loro.

2 Cicerone vedea sempre disastri d'ogni banda: la situazione di Pompeo a que' dì non era bella certamente, ma non

era sì disperata quale Tullio la dipingeva; quel suo continuo tremare, quel vedere infinite le forze di Cesare e fiacche quelle di Pompeo gli tirò addosso un motto pungente che lo pose segno alle risa di tutto il campo Pompeiano. « Ac« costati a Cesare (disse lui Pompeo sdegnato) e allora « ci temerai. »

3 Q. Pilio Celere, fratello ovvero cugino della moglie d'Attico.

4 Forse le nuove che dovea recare a bocca Isidoro spettavano al primo fatto d'arme; esso accadde a Durazzo: quindi Cesare assaltò il campo di Pompeo, ma fu rispinto con tanto impeto, che l'esercito suo rimanea pienamente sconfitto, se Pompeo avesse saputo profittare dell'opportunità, e battere il ferro sin che era caldo. « Per riportare una vittoria com« piuta (furon parole di Cesare medesimo, e le riferiscon « Plutarco, Svetonio e lo stesso Cesare) non mancò all'e« sercito nemico altro che un capo che sapesse vincere. »

5 La perdita che fece l'esercito di Cesare in quella giornata non fu grande; egli dice che furon novecento sessanta uomini; gli altri storici dicon più, ma nessuno passa i due mila: pur tuttavia ne presero tanta baldezza i Pompeiani, che avvisavano avere già fatto il più, e che il da farsi fosse cosa da pigliarsi a gabbo. *Reliqua non videntur esse difficiliora* (dicea Tullio stesso a cui era tornata l'anima in corpo). *His rebus* (disse Cesare, *Bell. civ.* III, 72) *tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur.*

6 Cicerone si trovava a Durazzo, dove si arrestò; onde non fu a Farsaglia quando Pompeo venne battuto dal suo rivale.

7 Bruto avea alta cagione d'odiare Pompeo, il quale al tempo della guerra civile di Silla e Mario gli uccise il padre in un modo crudelissimo, onde tenne sempre con lui un contegno da nemico, e non gli parlava in senato, e nol salutava incontrandolo per via: ma quando vide in Pompeo il sostenitore della libertà, sagrificò a quella il proprio sdegno, s'accostò ai Pompeiani, e fu il saldo di quella parte (Plut. in Brut. et Pomp.).

CCCXCIV.

1 È certa cosa che dopo le parole *quod nostra* va sottinteso *Tullia*; che se non è colpa de' copisti la mancanza, ciò significa che Cicerone scrivendo alla moglie sapea ch' ella avrebbe inteso benissimo parlarsi della figliuola.

2 Questi è quel Pollice medesimo che avendo mal saputo guidar Cicerone a conoscere certe cose in Lanuvio, fece ch'egli, dolendosi della sua goffaggine ad Attico, dicesse: *Pollex, ut dixerat, mihi Lanuvii praesto fuit; sed plane Pollex, non index* (V. lett. DCXXVIII).

CCCXCV.

1 Quella parola *iniuriis* potrebbe alludere in astratto alle ingiurie della fortuna; ma potrebbe anche additare in concreto o le minaccie e i duri modi usati a lui dal figliuolo di Pompeo, che pretendeva addossargli il riordinamento del rotto esercito dopo la battaglia Farsalica, ovvero la perfidia dei due Quinti il fratello e il nipote suo, i quali provvedendo al proprio vantaggio calunniarono il fratello, lo zio presso Cesare.

2 Erano due le accuse che Cesare poteva apporgli; la prima d'aver seguitato la parte nemica, l'altra d'essere tornato in Italia senza ch' egli glielo avesse conceduto. Sel vedea Tullio codesto fallo, e scrivea contemporaneamente ad Attico: *In oppido mallem resedisse, quoad arcesserer* (Lettera CCCXCVIII).

CCCXCVI.

1 Dopo la battaglia Farsalica, Catone, che con quindici coorti guardava a Durazzo la salmeria, disse che spettava a Cicerone il torre il comando dell'esercito, come quell'uno quivi che fosse uom consolare. Cicerone se ne dispensò, dicendo di volersi ritrarre a' fatti suoi; quel rifiuto incollerì talmente i Pompeiani, e massimamente il figliuolo di Pom-

